ENEIDE

DI

P. VIRGILIO MARONE

TRADOTTA IN PROSA

DA

LUIGI VAINI E VINCENZO CASELLI

Con testo, e costruzione a fronte, ed abbondanti note alla fine di ciascun Libro.

LIBRO SECONDO.

ROMA.
1822.
PRESSO CARLO MORDACCHINI

Con Approvazione.

DELLA ENEIDE

LIBRO SECONDO

ARGOMENTO.

Enea racconta alla regina Didone, che stanchi i Greci del lungo assedio di Troja, risolvono d'impadronirsi della città per mezzo di un singolare stratagemma. Fingono la fuga, si nascondono dietro all'isola di Tenedo, e nel luogo ov' erano prima accampati lasciano uno smisurato cavallo di legno, nel cui ventre racchiusi erano molti soldati. Vien questo condotto entro alla città per frode di Sinone, cui la morte di Laocoonte cattivato avea l'altrui credenza. Di notte, aperta quella specie di carcere, n'escono fuori i Greci, ed introdotto l'amico esercito, pongono Troja tutta a ferro e a fuoco. Ettore in sogno consiglia la fuga ad Enea, ma questi preferendo la morte tenta con poca truppa di soccorrere in qualche modo la patria. Ma incendiata di già la città, e ucciso Priamo per mano di Pirro, torna alla casa paterna, e posti in mano del genitore Anchise gli Dei Penati e le cose sagre, con lui su gli omeri, con la consorte Creusa, e col figlio Assanio prende la fuga. Perde la moglie nel cammino; torna in dietro per ritrovarla; ma gli si presenta l'ombra di lei, e gli dice esser ritenuta da Cibele nella Frigia. Quindi raccoltosi co'suoi compagni sul monte Ida si dispone alla partenza per mare.

AENEIDOS

LIBER II.

CONTICUERE omnes, intentique ora tenebant
Inde toro pater Aeneas sic orsus ab alto:
Infandum, regina, jubes renovare dolorem;
Trojanas ut opes et lamentabile regnum
Eruerint Danai, quaeque ipse miserrima vidi,
Et quorum pars magna fui. Quis talia fando
Myrmidonum, Dolopumve aut duri miles Ulyssi
Temperet a lacrymis? et jam nox humida coelo
Praecipitat, suadentque cadentia sydera somnos,
Sed si tantus amor casus cognoscere nostros,
Et breviter Trojae supremum audire laborem;
Quamquam animus meminisse horret, luctuque refugit;
Incipiam. Fracti bello, fatisque repulsi
Ductores Danaum, tot jam labentibus annis

OMnes conticuere, et intenti tenebant ora, inde pater Aeneas sic orsus ab alto toro: regina jubes renovare infandum dolorem, ut Danai eruerint opes Trojanas, et lamentabile regnum, et ea miserrima, quae ipse vidi, et quorum fui pars magna. Quis miles Myrmidonum, aut Dolopum, aut duri Ulyssis fando talia temperet a lacrymis? et jam nox humida coelo praecipitat, et sydera cadentia suadent somnos. Sed si tantus amor cognoscere casus nostros, et breviter audire supremum laborem Trojae, quamquam animus horret meminisse, et refugit luctu, incipiam. Ductores Danaum fracti bello, et repulsi fatis, jam tot annis labentibus,

DELLA ENEIDE

Libro II.

Tutti si tacquero, e fisi teneano i *loro* volti; indi il padre Enea così cominciò dall'alta sponda del letto: o Regina, tu *m'* imponi, che io torni a destare l' inesplicabil dolore, *narrando*, come i Greci abbian distrutta la possanza Trojana, e *quel* lagrimevole regno, e le vicende funestissime, che vidi io stesso e di cui formai una gran parte. Qual soldato de' Mirmidoni, o de' Dolopi, o dello spietato Ulisse in ridir tali cose raffrenar potrebbe le lagrime? E già l' umida notte declina precipitosa dal cielo, e le stelle, che tramontano, invitano al sonno. Ma se tanto desìo tu nutri di sapere i nostri casi, e di udire brevemente l' ultimo eccidio di Troja, benchè l' animo inorridisca in rammentarsene, e ne abbia ripugnanza pel dolore, *pur* darò cominciamento. I condottieri de' Greci stanchi dalla

Instar montis equum divina Palladis arte
Aedificant, sectaque intexunt abiete costas.
Votum pro reditu simulant: ea fama vagatur.
Huc delecta virum sortiti corpora furtim
Includunt caeco lateri, penitusque cavernas
Ingentes, uterumque armato milite complent.
Est in conspectu Tenedos, notissima fama
Insula, dives opum, Priami dum regna manebant:
Nunc tantum sinus, et statio, male fida carinis;
Huc se provecti deserto in litore condunt.
Nos abiisse rati, et vento petiisse Mycenas.
Ergo omnis longo solvit se Teucria luctu:
Panduntur portae: juvat ire, et Dorica castra,
Desertosque videre locos, litusque relictum:
Hic Dolopum manus, hic saevus tendebat Achilles:
Classibus hic locus; hic acies certare solebant.

aedificant equum instar montis divina arte Palladis, et intexunt costas abiete secta. Simulant votum pro reditu, ea fama vagatur. Sortiti delecta corpora virorum, furtim includunt huc caeco lateri, et penitus complent cavernas ingentes, et uterum armato milite. Tenedos, insula notissima fama, est in conspectu, dives opum, dum regna Priami manebant, nunc tantum sinus, et statio male fida carinis. Provecti huc, se condunt in deserto litore; nos rati abiisse, et petiisse Mycenas vento. Ergo omnis Teucria solvit se longo luctu; portae panduntur; juvat ire, et videre Dorica castra, et desertos locos, et litus relictum. Hic manus Dolopum, hic saevus Achilles tendebat; hic locus classibus, hic acies solebant certare.

guerra, e respinti da' destini, essendo già scorsi tanti anni, costruiscono un cavallo a guisa di un monte con l'arte divina di Pallade, e gli formano le coste di reciso abete. Fingono, che sia un voto per lo ritorno. Una tal fama si sparge. Tratti a sorte scelti guerrieri, segretamente quì li racchiudono nel tenebroso fianco, ed empiono intieramente le vaste caverne, ed il seno di gente armata. Tenedo, isola notissima per fama, giace dirimpetto *a Troja*, ridondante di ricchezze, mentre stava in piedi il regno di Priamo, ora è solamente un seno, ed un ricovero mal sicuro alle navi. Quà trasportati, si occultano nella deserta spiaggia; noi stimammo, che fosser partiti, e ritornati in Grecia col favore del vento. Quindi tutta Troja depone il lungo timore; si spalancan le porte, ne piace di uscire, e di vedere i campi Greci, i luoghi abbandonati, ed i lidi sgombri *da' nemici*. Quì erano le schiere de' Dolopi, quì si attendava il feroce Achille, quì stavan le flotte, quì so-

Pars stupet innuptae donum exitiale Minervae,
Et molem mirantur equi, primusque Thymoetes
Duci intra muros hortatur. et arce locari,
Sive dolo, seu jam Trojae sic fata ferebant.
At Capys, et quorum melior sententia menti,
Aut pelago Danaum insidias, suspectaque dona
Praecipitare jubent, subjectisque urere flammis,
Aut terebrare cavas uteri, et tentare latebras:
Scinditur incertum studia in contraria vulgus.
Primus ibi ante omnes magna comitante caterva,
Laocoon ardens summa decurrit ab arce:
Et procul: o miseri, quae tanta insania, cives?
Creditis avectos hostes? aut ulla putatis
Dona carere dolis Danaum? sic notus Ulysses?
Aut hoc inclusi ligno occultantur Achivi,
Aut haec in nostros fabricata est machina muros,

Pars stupet donum exitiale innuptae Minervae, et mirantur molem equi, et primus Thymoetes hortatur duci intra muros, et locari arce; sive dolo, seu jam fata Trojae ferebant sic. At Capys, et quorum sententia est melior menti, aut jubent praecipitare insidias Danaum, et suspecta dona pelago, et urere subjectis flammis, aut terebrare, et tentare cavas latebras uteri. Vulgus incertum scinditur in studia contraria. Primus ibi ante omnes, comitante magna caterva, Laocoon decurrit ardens ab arce summa, et procul: o miseri cives, quae insania tanta? creditis hostes avectos? aut ulla dona Danaum carere dolis? Sic notus Ulysses? Aut Achivi inclusi occultantur hoc ligno, aut haec machina fabricata est in nostros muros,

levan azzuffarsi le truppe. Altri osserva con istupore il dono fatale della vergine Minerva, ed ammirano la grandezza del cavallo, e il primo Timete esorta a trarla dentro le mura, e a collocarla nella rocca, o ciò *fosse* per inganno, o perchè già i destini di Troja così esigevano. Ma Capi, e quelli, che più maturo consiglio chiudono in mente, o son d'avviso che si gittino nel mare le insidie de'Greci, ed il sospetto dono, e sia incendiato con fiamme sottoposte, o che si forino, e sieno esaminati i concavi nascondigli del seno. Il vulgo incerto si divide in opposti pareri. Primo di tutti accompagnato da gran turba *di gente* Laocoonte accorre furioso colà dall'alta rocca, e da lontano esclama: o cittadini infelici, qual follìa sì strana *è mai la vostra*? Credete partiti i nemici, o qualche dono de' Greci essere esente da frode? Così vi è noto Ulisse? O i Greci chiusi si ascondono in questo legno, o questa macchina è stata costrutta contro le nostre mura per es-

Inspectura domos, venturaque desuper urbi?
Aut aliquis latet error. Equo ne credite Teucri.
Quidquid id est, timeo Danaos, et dona ferentes.
Sic fatus, validis ingentem viribus hastam
In latus, inque feri curvam compagibus alvum
Contorsit, stetit illa tremens, uteroque recusso
Insonuere cavae, gemitumque dedere cavernae.
Et si fata Deum, si mens non laeva fuisset,
Impulerat ferro Argolicas foedare latebras,
Trojaque nunc stares, Priamique arx alta maneres.
Ecce, manus juvenem interea post terga revinctum,
Pastores magno ad regem clamore trahebant
Dardanidae: qui se ignotum venientibus ultro,
Hoc ipsum ut strueret, Trojamque aperiret Achivis
Obtulerat, fidens animi, atque in utrumque paratus

inspectura domos, aut ventura desuper urbi, aut aliquis error latet: Teucri ne credite equo. Quidquid id est, timeo Danaos et ferentes dona. Sic fatus contorsit hastam ingentem validis viribus in latus, et in alvum feri curvam compagibus; illa stetit tremens, et utero recusso, cavae cavernae insonuere, et dedere gemitum. Et si fata Deorum non fuissent laeva, si mens non fuisset laeva, impulerat foedare latebras Argolicas ferro, et, Troja, nunc stares, et alta arx Priami maneres. Ecce interea pastores Dardanidae magno clamore trahebant juvenem revinctum manibus post terga ad regem, qui ultro obtulerat se ignotum venientibus ut strueret hoc ipsum, et aperiret Trojam Achivis fidens animi, atque paratus in utrumque,

plorare le nostre case, e per dominar dall' alto la città, o vi è sotto qualche *altro* inganno; o Trojani, non vi fidate di *questo* cavallo. Checchè desso sia, temo i Greci anche nel momento istesso che recan doni. Così detto, vibrò una smisurata asta con somma forza nel fianco, e nel ricurvo ventre di quello *strettamente unito* nelle commessure. Essa vi si conficcò tremolando, e scosso il seno, le profonde caverne risuonarono, e fuori mandarono un gemito. E se i fati degli Dei non fossero stati contrarii, se la mente non fosse stata cieca, egli ci avea sospinti a lacerare i nascondigli de' Greci, e tu, o Troja, staresti ora in piedi, e tu superba reggia di Priamo vi saresti *ancora*. Ecco frattanto, i pastori Trojani con grande schiamazzo trascinavano un giovine con le mani avvinte dietro le spalle innanzi al re, il qual *giovine* da se stesso si era presentato sconosciuto ad essi, per macchinare questa stessa frode, ed aprir Troja ai Greci, pieno di ardir nel suo cuore, e disposto all' uno, e

Seu versare dolos, seu certae occumbere morti.
Undique visendi studio Trojana juventus
Circumfusa ruit, certantque illudere capto.
Accipe nunc Danaum insidias, et crimine ab uno
Disce omnes,
Namque ut conspectu in medio turbatus inermis
Constitit, atque oculis Phrygia agmina circumspexit:
Heu quae nunc tellus, inquit, quae me aequora possunt
70 Accipere? aut quid jam misero mihi denique restat,
Cui neque apud Danaos usquam locus, insuper ipsi
Dardanidae infensi poenas cum sanguine poscunt.
Quo gemitu conversi animi, compressus et omnis
Impetus, hortamur fari: quo sanguine cretus,
Quidque ferat, memoret: quae sit fiducia capto.
Ille haec, deposita tandem formidine, fatur:
Cuncta equidem tibi, Rex, fuerint quaecumque fatebor
Vera, inquit; neque me Argolica de gente negabo,

seu versare dolos, seu occumbere certae morti. Undique Trojana juventus ruit circumfusa studio videndi, et certant illudere capto. Accipe nunc insidias Danaum, et ab uno crimine disce omnes. Namque ut turbatus, inermis constitit in medio conspectu atque oculis circumspexit agmina Phrygia, inquit: heu quae tellus, quae aequora possunt accipere me? Aut quid jam restat mihi misero? Cui neque usquam locus apud Danaos; insuper ipsi Dardanidae infensi poscunt poenas cum sanguine. Quo gemitu animi conversi, et omnis impetus compressus. Hortamur fari, memoret quo sanguine sit cretus, vel quid ferat, quae fiducia sit capto. Ille tandem fatur haec deposita formidine: equidem, rex, fatebor tibi cuncta vera, quaecumque fuerint; neque negabo me de gente Argolica,

all' altro evento, o a far riuscire l'inganno o ad incontrare una sicura morte. Da ogni parte la Trojana gioventù accorre affollata a lui d' intorno per brama di vedere, e fa a gara di schernire il prigioniero. Ascolta ora le insidie de' Greci, e da un solo scellerato, conoscili tutti. Imperocchè appena confuso, inerme fermossi in mezzo all' adunanza, e volse *lentamente* gli sguardi intorno alle schiere Trojane, disse: oimè! qual terra, qual mare possono accogliermi? O che altro mai resta a me infelice? cui nè in alcun luogo v'è ricovero presso de' Greci; e di più i Trojani nemici voglion far pagare il fio con la morte. Al qual lamento gli animi si cambiarono, e fu raffrenata ogni violenza. L' esortiamo a parlare; a dirci da qual stirpe derivato sia, o che rechi, o che speranza abbia *egli già* divenuto *nostro* prigioniero. Quegli finalmente in tal guisa si esprime, deposto il timore: Certamente, o re, a te dirò, cose tutte vere comunque esse sieno, nè ti negherò essermi io

Hoc primum; nec, si miserum fortuna Sinonem
80 Finxit; vanum etiam, mendacemque improba finget.
Fando aliquid, si forte tuas pervenit ad aures
Belidae nomen Palamedis, et inclyta fama
Gloria: quem falsa sub proditione Pelasgi
Insontem, infando indicio, quia bella vetabat,
Demisere neci: nunc cassum lumine lugent.
Illi me comitem, et consanguinitate propinquum
Pauper in arma pater primis huc misit ab annis.
Dum stabat regno incolumis, regnumque vigebat
Consiliis, et nos aliquod nomenque decusque
90 Gessimus: invidia postquam pellacis Ulyssi,
(Haud ignota loquor) superis concessit ab oris
Afflictus vitam in tenebris, luctuque trahebam,
Et casum insontis mecum indignabar amici.
Nec tacui demens, et me, sors si qua tulisset,
Si patrios unquam remeassem victor ad Argos,

hoc primum, nec si fortuna finxit Sinonem miserum, improba finget etiam vanum, et mendacem. Si forte fando aliquid, nomen Palamedis Belidae pervenit ad aures tuas, et gloria inclyta fama, quem insontem Pelasgi sub falsa proditione demisere neci infando indicio, quia vetabat bella, nunc lugent cassum lumine. Pauper pater a primis annis misit huc in arma me comitem, et propinquum consanguinitate illi; dum incolumis stabat regno, et regnum vigebat consiliis, et nos gessimus aliquod et nomen, et decus. Postquam concessit ab oris superis injuria pellacis Ulyssi (loquor haud ignota) afflictus trahebam vitam in tenebris, et luctu, et mecum indignabar casum amici insontis. Nec demens tacui, et si sors aliqua tulisset me, si victor unquam remeassem ad patrios Argos,

Greco di razione, ciò ti sia detto in primo luogo; e se la fortuna rese Sinone infelice, la malvagia non farallo altresì falso, e bugiardo. Se per accaso in discorso il nome di Palamede discendente da Belo giunse alle tue orecchie, e la sua gloria esaltata dalla fama, il quale *benchè* innocente i Greci per un vano sospetto di tradimento, sottoposero alla morte con indegna sentenza, perchè sconsigliava la guerra; adesso lo piangono estinto: il povero mio padre fin dagli anni giovanili quà fra l'armi mandò me compagno, e congiunto a lui per sangue. Mentre viveva egli sicuro nel regno, e il regno fiorì pe' *suoi* consigli anche noi acquistammo qualche fama, e splendore. Dopochè partì da questo mondo per l'invidia del fallace Ulisse (parlo di cose non ignote) mesto passava io la vita nella oscurità, e nell'affanno, e meco mi sdegnava della sventura dell'amico innocente. Nè stolto tacqui, e, se la fortuna mi avesse favorito, se mai vincitore fossi ritornato in Gre-

Promisi ultorem: et verbis odia aspera movi.
Hinc mihi prima mali labes, hinc semper Ulisses
Criminibus terrere novis, hinc spargere voces
In vulgum ambiguas, et quaerere conscius arma.
Nec requievit enim, donec Calchante ministro.
Sed quid ego haec autem nequicquam ingrata revolvo,
Quidve moror? si omnes uno ordine habetis Achivos
Idque audire sat est, jamdudum sumite poenas.
Hoc Ithacus velit, et magno mercentur Atridae.
Tum vero ardemus scitari, et quaerere caussas,
Ignari scelerum tantorum, artisque Pelasgae.
Prosequitur pavitans, et ficto pectore fatur.
Saepe fugam Danai Troja cupiere relicta
Moliri, et longo fessi discedere bello.
Fecissentque utinam! Saepe illos aspera ponti

promisi ultorem, et movi odia aspera verbis. Hinc prima labes mali mihi; hinc semper Ulysses coepit terrere criminibus novis; hinc spargere voces ambiguas in vulgum, et conscius quaerere arma. Nec enim requievit donec Calchante ministro... Sed autem quid ego nequicquam revolvo haec ingrata, vel quid moror? Si habetis omnes Achivos uno ordine, et sat est audire id, jamdudum sumite poenas: Ithacus velit hoc, et Atridae mercentur magno. Tum vero ignari scelerum tantorum, et artis Pelasgae ardemus scitari, et quaerere caussas. Pavitans prosequitur, et fatur ficto pectore. Saepe Danai cupiere moliri fugam Troja relicta, et fessi longo bello discedere. Et utinam fecissent! Saepe aspera hyems ponti,

cia mia patria, promisi di vendicarmi, ed eccitai l'odio crudele con le parole. Quindi la prima origine delle disgrazie per me; quindi sempre Ulisse cominciò a spaventarmi con nuove accuse; quindi a spargere voci vaghe fra la plebe, e consapevole del suo reato, a cercar mezzi di mia rovina. Ne mai si chetò finchè coll'opra di Calcante... Ma a che io invano sto riandando queste cose a voi disagradevoli, o a che mi prolungo di più? Se voi ponete tutt'i Greci in un *medesimo* rango, e vi basta di udirne il nome; fin da quest'istante punitemi. Ulisse questo desidera, ed i figli di Atreo lo compreranno a gran prezzo. Allora sì che *totalmente* ignari di sì grandi scelleraggini, e dell'arte de' Greci, c'infiammiamo della brama d'interrogarlo, e di chiedergli le cagioni. Quegli tremando continua, e parla con sensi simulati. Spesso i Greci bramarono darsi alla fuga, abbandonando Troja, è stanchi da una lunga guerra, allontanarsene. E piaciuto fosse agli Dei, che fatto lo

Interclusit hyems, et terruit Auster euntes.
Praecipua cum jam hic trabibus contextus acernis
Staret equus, toto sonuerunt aethere nimbi.
Suspensi Eurypylum scitatum oracula Phoebi
Mittimus: isque adytis haec tristia dicta reportat.
Sanguine placas is ventos, et virgine caesa,
Cum primum Iliacas Danai venistis ad oras;
Sanguine quaerendi reditus, animaque litandum
Argolica; vulgi quae vox ut venit ad aures,
110 Obstupuere animi, gelidusque per ima cucurrit
Ossa tremor; cui fata parent, quem poscat Apollo.
Hic Itachus vatem magno Calchanta tumultu
Protrahit in medios; quae sint ea numina Divum
Flagitat, et mihi jam multi crudele canebant
Artificis scelus, et taciti ventura videbant.
Bis quinos silet ille dies, tectusque recusat

interclusit illos, et Auster terruit euntes. Praecipue cum jam hic equus contextus trabibus acernis, staret, nimbi sonuerunt toto aethere. Suspensi mittimus Eurypilum scitatum oracula Phoebi, et hic reportat haec tristia dicta adytis. Danai placastis ventos sanguine, et virgine caesa cum primum venistis ad oras Iliacas, reditus quaerendi sanguine, et litandum anima argolica. Quae vox ut venit ad aures vulgi, animi obstupuere, et gelidus tremor cucurrit per ossa ima, cui fata parent, quem Apollo poscat. Hic Ithacus trahit in medios Calchanta vatem magno tumultu; flagitat quae sint ea numina Divum, et jam mihi multi canebant crudele scelus Artificis, et taciti videbant ventura. Ille silet bis quinos dies, et tectus recusat

avessero. Spesso l'orrida tempesta del mare lor fu d'ostacolo, e l'austro atterrilli mentre sen partivano. Specialmente, quando già questo cavallo formato di legno, era compiuto; i nembi risuonarono per tutta l'aria. Dubbiosi mandiamo Euripilo a consultar l'oracolo di Febo, e questi ne riporta tai funesti detti da' penetrali *del tempio*. O Greci, voi calmaste i venti col sangue di una vergine uccisa, quando la prima volta vi recaste alle spiagge Trojane; il ritorno proccurar ve lo dovete col sangue, e placare il cielo con una vittima Greca. Il quale oracolo appena giunse alle orecchie del volgo, gli animi ne rimasero sorpresi, ed un freddo terrore ricerconne le intime ossa, non *sapendo* chi destinino i fati, chi Apollo richieda. Quì Ulisse reca in mezzo con grandi grida Calcante; con istanza gli chiede quale sia quel volere degli Dei, e già molti mi predicevano il crudel attentato di quell'artefice d'inganni, e nel loro silenzio prevedevano l'avvenire. Quegli tace per dieci

Prodere voce sua quemquam, aut opponere morti,
Vix tandem magnis Ithaci clamoribus actus;
Composito rumpit vocem, et me destinat arae.
Assensere omnes; et, quae sibi quisque timebat,
Unius in miseri exitium conversa tulere.
Jamque dies infanda aderat; mihi sacra parari,
Et salsae fruges, et circum tempora vittae.
Eripui (fateor) letho me, et vincula rupi,
Limosoque lacu per noctem obscurus in ulva
Delitui, dum vela darent; si forte dedissent.
Nec mihi jam patriam antiquam spes ulla videndi,
Nec dulces natos, exoptatumque parentem.
Quos illi fors ad poenas ob nostra reposcent
Effugia, et culpam hanc miserorum morte piabunt.
Quod te, per superos, et conscia numina veri,

prodere quemquam voce sua aut opponere morti. Tandem vix actus magnis clamoribus Ithaci, composito rumpit vocem et destinat me arae. Omnes assensere: et tulere conversa in exitium unius miseri ea, quae quisque timebat sibi. Et jam dies infanda aderat, sacra, et salsae fruges et vittae circum tempora coeperunt parari mihi. Eripui (fateor) me letho, et rupi vincula, et obscurus per noctem delitui in ulva, limoso lacu, dum darent vela si forte dedissent. Nec mihi jam spes ulla est videndi patriam antiquam, nec dulces natos, et parentem exoptatum, quos illi fors reposcent ad poenas ob nostra effugia, et piabunt culpam hanc morte miserorum. Quod oro te per superos, et numina conscia veri,

giorni, e nascondendosi, nega d'indicare alcuno col suo labbro, o di esporlo alla morte. Alla fine a grande stento costretto dall'alto strepitare di Ulisse, secondo il concertato snoda le labbra, e me destina *per vittima* all'altare. Tutti acconsentirono, e soffrirono rivolto allo sterminio di un solo infelice que' mali, che ciascuno temea per se stesso. E già il giorno funesto era venuto; il mio sacrificio, e la focaccia di salato farro, e le bende *da porsi* intorno alle tempia, cominciarono a prepararsi per me. Mi sottrassi, io lo confesso, alla morte, e spezzai i legami, ed in una tenebrosa notte mi nascosi fra l'erba di un lago limaccioso, finchè sciogliessero *essi* le vele, seppure fossero per isciorle. Nè a me ormai speranza alcuna rimane di vedere l'antica patria, nè i dolci figli, e il desiderato padre, a' quali essi faranno forse pagare le pene della mia fuga, ed espieranno questo fallo con la morte de' meschini. Quindi te prego per gli Dei superni, i quali sono consa-

Per, si qua est; quae restat adhuc mortalibus usquam
Intemerata fides, oro miserere laborum
Tantorum; miserere animi non digna ferentis.
His lacrymis vitam damus, et miserescimus ultro.
Ipse viro primus manicas, atque arcta levari
Vincla jubet Priamus; dictisque ita fatur amicis:
Quiquis es, amissos hinc jam obliviscere Grajos,
130 Noster eris, mihique haec edissere vera roganti:
Quo molem hanc immanis equi statuere? quis auctor?
Quidve petunt? quae religio aut quae machina belli?
Dixerat: ille dolis instructus, et arte Pelasga,
Sustulit exutas vinclis ad sydera palmas:
Vos aeterni ignes, et non violabile vestrum
Testor numen ait; vos arae, ensesque nefandi.
Quos fugi, vittaeque deum, quas hostia gessi;
Fas mihi Grajorum sacrata resolvere jura,

per intemeratam fidem, si aliqua intemerata fides est, quae adhuc usquam restat mortalibus, miserere laborum tantorum, miserere animi ferentis non digna. His lacrymis damus vitam, et ultro miserescimus. Ipse Priamus primus jubet levari manicas, atque arcta vincula viro, et dictis amicis ita fatur: quisquis es, jam hinc obliviscere Grajos amissos, eris noster, et edissere haec vera mihi roganti. Quo statuere molem hanc immanis equi? Quis auctor, vel quid petunt? Quae religio, aut quae machina belli? Ille instructus dolis, et arte Pelasga, sustulit palmas exutas vinclis ad sydera, et ait: Aeterni ignes testor vos, et numen vestrum non violabile; arae, et enses nefandi; quos fugi, et vittae Deorum, quas hostia gessi, testor vos. Fas mihi resolvere sacrata jura Grajorum;

pevoli del vero, per l'intemerata fede, se alcuna ve ne resta ancora in qualche luogo fra i mortali, compassione ti prenda di tante *mie* sventure, compassion ti prenda di un animo, che soffre mali non meritati. Mossi da queste lagrime gli doniamo la vita, e spontaneamente ne abbiam pietà. L'istesso Priamo il primo *di tutti* comanda, che gli sieno tolte le manette, e gli stretti lacci, e così amichevolmente gli parla: chiunque tu sei, da quest'istante oblia i Greci perduti, sarai nostro, ed esponi con verità queste cose alle mie domande. Per qual motivo *i Greci* alzarono quest'immenso cavallo? Chi n'è l'autore, che pretendon con esso? Qual voto è questo, o quale istrumento di guerra? Avea *così* parlato *il Re*. Quegli ammaestrato degl'inganni, e dell'arte Greca, alzò le mani sciolte da' lacci alle stelle, e disse: o eterni fuochi, io chiamo voi testimonii, ed il vostro nume inviolabile; e voi, altari, e coltelli funesti, ch'io sfuggii, e bende degli Dei, che qual vittima portai, mi sia permesso violare

160 Fas odisse viros, atque omnia ferre sub auras,
Si qua tegunt: teneor patriae nec legibus ullis.
Tu modo promissis maneas, servataque serves
Troja fidem, si vera feram, si magna rependam.
Omnis spes Danaum, et coepti fiducia belli
Palladis auxiliis semper stetit; impius ex quo
Tydides, sed enim, scelerumque inventor Ulysses,
Fatale aggressi sacrato avellere templo
Palladium, caesis summae custodibus arcis,
Corripuere sacram effigiem, manibusque cruentis
170 Virgineas ausi Divae contingere vittas;
Ex illo fluere, ac retro sublapsa referri
Spes Danaum: fractae vires, aversa Deae mens.
Nec dubiis ea signa dedit Tritonia monstris.
Vix positum castris simulacrum; arsere coruscae
Luminibus flammae arrectis, salsusque per artus

fas odisse viros, atque ferre omnia sub auras, si tegunt aliqua: nec teneor ullis legibus patriae. Tu modo, Troja, maneas promissis, et servata serves fidem, si feram vera, si rependam magna. Omnis spes Danaum, et fiducia coepti belli semper stetit auxiliis Palladis; sed enim ex quo impius Tydides, et Ulysses inventor scelerum, aggressi avellere Palladium sacro templo caesis custodibus, et ausi cruentis manibus contingere virgineas vittas Divae, ex illo spes Danaum coepit fluere, et sublapsa referri retro; fractae vires; mens Deae aversa est. Nec Tritonia dedit ea signa dubiis monstris. Vix simulacrum positum castris, flammae coruscae arsere luminibus arrectis,

le leggi sacrosante de' Greci, mi sia lecito di odiarli, e metter alla luce ogni cosa, se alcuna ne tengono occulta; nè io sono più astretto ad alcuna legge della patria. Tu solamente, o Troja mi mantieni le tue promesse, e conservata da me, conservami la tua fede, se ti narrerò cose vere, se *in tal modo* ti ricompenserò ampiamente. Tutta la speranza de' Greci, e la fiducia dell'incominciata guerra sempre fondossi nell' ajuto di Pallade; ma dacchè l' empio Diomede, ed Ulisse inventore di scelleraggini, avendo intrapreso a togliere il Palladio dal sacro tempio, uccisi i custodi dell' alta rocca, rapirono la sacra immagine, e con le mani intrise di sangue, osarono toccare le verginali bende della Dea, da quell'istante la speranza de'Greci *cominciò* a scemarsi, e indebolita a retrocedere; furono abbattute le forze, il cuore della Dea alienossi *da noi*. Nè Pallade diede tali segni con dubii prodigii. Appena la statua fu collocata negli accampamenti *nostri*, vive fiamme arsero ne' fissi sguar-

Sudor iit, terque ipsa solo mirabile dictu.
Emicuit, parmamque ferens hastamque trementem.
Extemplo tentanda fuga canit aequora Calchas.
Nec posse Argolicis exscindi Pergama telis,
Omina ni repetant Argis, numenque reducant,
Quod pelago, et curvis secum advexere carinis.
Et nunc, quod patrias vento petiere Mycenas.
Arma, deosque parant comites, pelagoque remenso
Improvisi aderunt; ita digerit omnia Calchas.
Hanc pro Palladio moniti, pro numine laeso
Effigiem statuere, nefas quae triste piaret.
Hanc tamen immensam Calchas attollere molem
Roboribus textis, caeloque educere jussit,
Ne recipi portis, aut duci in moenia possit:
Neu populum antiqua sub religione tueri.

et salsus sudor iit per artus, et ter ipsa ferens parmam, et hastam trementem emicuit solo (mirabile dictu). Calchas extemplo canit tentanda aequora fuga, nec Pergama posse exscindi Argolicis telis, ni repetant omina Argis, et reducant numen, quod secum advexere pelago, et curvis carinis. Et nunc quod petiere patrias Mycenas vento, parant arma, et Deos comites, et pelago remenso, improvisi aderunt. Ita Calchas digerit omnia. Moniti pro Palladio, pro numine laeso statuere hanc effigiem quae piaret triste nefas. Calchas tamen jussit attollere hanc immensam molem roboribus textis, et educere coelo, ne possit recipi portis, aut duci in moenia, nec tueri populum sub antiqua religione.

di di lei, ed un sálso sudore *le* scorse per le membra, e tre volte scuotendo lo scudo, e l'asta risonante, balzò dal suolo (cosa maravigliosa a ridirsi). Calcante tosto intima, che debba prendersi la fuga per mare, e che Troja non potrà esser rovinata dalle armi de'Greci, se non riprendano gli auspicii in Argo, e se non riportino Pallade favorevole, quale seco *prima la* portarono per mare, e sulle curve navi. Ed ora che favoriti dal vento, tornarono nella patria, appresteranno armi *novelle*, e Dei *favorevoli*, che gli accompagnino, e rivalicato il mare, all'improvviso compariranno. Così Calcante il tutto dispone. Consigliati da lui, invece del rapito Palladio, pel nume offeso fabbricarono questo cavallo, il quale espiasse l'orrido sacrilegio; Calcante pure comandò che si ergesse tale immensa mole formata di legno, e fosse fino al cielo elevata, acciocchè non potesse entrar nelle porte, o condursi entro le mura, nè difendere il popolo *perseverante* nell'antico culto *della Dea*. Che

Nam si vestrâ manus violasset dona Minervae,
Tum magnum exitium (quod Dii prius omen in ipsum
Convertant) Priami imperio, Phrygibusque futurum.
Sin manibus vestris vestram ascendisset in urbem,
Ultro Asiam magno Pelopeja ad moenia bello
Venturam, et nostros ea fata manere nepotes.
Talibus insidiis, perjurique arte Sinonis
Credita res, captique dolis, lacrymisque coacti,
Quos neque Tydides, nec Larissaeus Achilles,
Non anni domuere decem, non mille carinae. — 200
Hic aliud majus miseris, multoque tremendum
Objicitur magis, atque improvida pectora turbat.
Laocoon ductus Neptuno sorte sacerdos
Solemnes taurum ingentem mactabat ad aras.
Ecce autem gemini a Tenedo tranquilla per alta
(Horresco referens) immensis orbibus angues

Nam si vestra manus violasset dona Minervae, tum magnum exitium futurum Priamo, et Phrygibus, quod omen Dii prius convertant in ipsum. Sin manibus vestris ascendisset in vestram urbem, Asiam ultro venturam ad moenia Pelopeja magno bello, et ea fata manere nostros nepotes. Talibus insidiis, et arte perjuri Sinonis, res credita, et capti dolis, et coacti lacrymis, quos neque Tydides, nec Larissaeus Achilles, non anni decem, non mille carinae domuere. Hic aliud portentum majus et multo magis tremendum objicitur miseris, atque turbat pectora improvida. Laocoon ductus sorte sacerdos Neptuno mactabat ingentem taurum ad aras solemnes. Ecce autem gemini angues a Tenedo per alta tranquilla (horresco referens) incumbunt orbibus immensis pelago

se le vostre mani avessero oltraggiato il dono di Minerva, allora l'estrema ruina piomberebbe su Priamo, e su i Trojani, il qual augurio funesto gli Dei prima rivolgano contro di lui. Che se per opera vostra fosse stata introdotta nella vostra città, *diceva* che l'Asia spontaneamente verrebbe con potente esercito contro la Grecia, e che tai destini erano serbati a nostri nipoti. Per tali insidie, e per l'arte dello spergiuro Sinone, il racconto fu creduto, e furono presi dagl' inganni, e vinti dalle lagrime quelli, cui nè il figlio di Tideo, nè Achille di Larissa, nè dieci anni, nè mille navi sottometter poterono. Quì un altro prodigio maggiore, e molto più tremendo si presenta agl' infelici *Trojani*, e turba i loro cuori, *a tanto* non preparati. Laocoonte tratto a sorte per sacerdote di Nettuno, sacrificava un grosso toro sull' altar consueto. Quando ecco due serpenti, che venivan da Tenedo per lo mare in bonaccia (inorridisco a raccontarlo) galleggian

Incumbunt pelago, pariterque ad litora tendunt;
Pectora quorum inter fluctus arrecta, jubaeque
Sanguineae exuperant undas; pars caetera Pontum
Pone legit, sinuatque immensa volumine terga.
Fit sonitus spumante salo: jamque arva tenebant,
Ardentesque oculos suffecti sanguine, et igni,
Sibila lambebant linguis vibrantibus ora.
Diffugimus visu exangues: illi agmine certo
Laocoonta petunt, et primum parva duorum
Corpora natorum serpens amplexus uterque
Implicat, et miseros morsu depascitur artus.
Post ipsum auxilio subeuntem, ac tela ferentem
Corripiunt, spirisque ligant ingentibus: et jam
Bis medium amplexi, bis collo squammea circum
Terga dati, superant capite, et cervicibus altis.
Ille simul manibus tendit divellere nodos,
Perfusus sanie vittas, atroque veneno:

et pariter tendunt ad litora, quorum pectora arrecta inter fluctus, et jubae sanguineae exuperant undas; pars caetera legit pone pontum, et sinuat volumine terga immensa. Fit strepitus spumante salo, et jam tenebant arva, et suffecti ardentes oculos sanguine et igni, lambebant ora sibila linguis vibrantibus. Exangues visu diffugimus; illi agmine certo petunt Laocoonta, et primum serpens uterque amplexus parva corpora duorum natorum implicat ea, et depascitur miseros artus morsu. Post corripiunt ipsum subeuntem auxilio, ac ferentem tela, et ligant ingentibus spiris, et jam bis amplexi medium, bis dati terga squammea circum collo, superant capite, ac cervicibus altis. Ille simul tendit divellere nodos manibus, perfusus vittas sanie, et atro veneno,

con l'immense spire sull'onde, ed insieme si diriggono al lido, i cui petti innalzati tra i flutti, e le creste sanguigne sopravanzano le onde; l'altra parte striscia rasente l'acqua, e piega in arco le immense code. Si eccita un gran rumore nel mare, che spuma, e ormai toccavan la terra, e sparsi gli occhi infiammati di sangue, e fuoco, si lambivan le bocche sibillanti colle lingue velocissimamente agitate. Impalliditi a tal vista, noi cen fuggiamo; quelli dirittamente s'avviano a Laocoonte, ed in primo luogo l'uno e l'altro serpente strettosi ai corpi de' due figli, si avviticchia intorno a loro, e si pasce a morsi delle membra infelici. Dipoi assalgono lui stesso, che veniva in ajuto, ed impugnava le armi, e lo cingono coll'immense spire, e già due volte strettolo la vita, due ravvoltisi colle squamose terga intorno al collo, lo sopravanzano col capo, e colle lunge cervici. Quegli si sforza di sciogliere i nodi con le mani, intriso tutto di bava, e di nero veleno; ed

Clamores simul horrendos ad sydera tollit:
Quales mugitus, fugit cum saucius aras
Taurus, et incertam excussit cervice securim.
At gemini lapsu delubra ad summa dracones
Effugiunt, saevaeque petunt Tritonidis arcem.
Sub pedibusque Deae, clypeique sub orbe teguntur.
230 Tum vero tremefacta novus per pectora cunctis
Insinuat pavor, et scelus expendisse merentem
Laocoonta ferunt, sacrum qui cuspide robur
Laeserit, et tergo sceleratam intorserit hastam.
Ducendum ad sedes simulacrum, orandaque divae
Numina conclamant.
Dividimus muros, et moenia pandimus urbis.
Accingunt se omnes operi, pedibusque rotarum
Subjiciunt lapsus, et stupea vincula collo,
Intendunt, scandit fatalis machina muros,
240 Foeta armis; circum pueri, innuptaeque puellae
Sacra canunt, funemque manu contingere gaudent.
Illa subit, mediaeque minans illabitur urbi.

simul tollit clamores horrendos ad sydera; quales mugitus cum taurus saucius fugit aras, et excussit cervice securim incertam. At gemini dracones lapsu effugiunt ad summa delubra, et petunt arcem saevae Tritonidis, et teguntur sub pedibus Deae, et sub orbe clypei. Tum vero novus pavor insinuat per pectora tremefacta cunctis, et ferunt Laocoonta merentem expendisse scelus; qui laeserit sacrum robur cuspide, et intorserit hastam sceleratam tergo. Conclamant, simulacrum ducendum ad sedes, et oranda numina Divae: Dividimus muros, et pandimus moenia urbis. Omnes accingunt se operi, et pedibus subjiciunt lapsus rotarum, et intendunt stupea vincula collo; fatalis machina foeta armis scandit muros; circum pueri, et innuptae puellae canunt sacra, et gaudent contingere funem manu. Illa subit, et minans illabitur mediae urbi.

alza grida orrende fino al cielo, quali si odono i mugiti, quando un toro ferito fugge dall'altare, e scuote dal capo la scure, che non l'ha ben colpito. Ma i due serpenti strisciando fuggono verso l'alto tempio, e sen vanno alla rocca della sdegnata Pallade, e si appiattano sott'i piedi della Dea, e sotto il concavo dello scudo; allora poi un nuovo spavento si desta ne' cuori atterriti, e dicono, che Laocoonte meritevolmente ha pagato il fio del suo delitto, come quegli, che ferì col ferro il sacro legno, e vibrò l'asta sacrilega nel dorso del cavallo. Esclamano, doversi quel simulacro condur dentro Troja, e supplicare la maestà della Dea. Apriamo le mura, ed abbattiamo le fortificazioni della città. Tutti si accingono al lavoro, ed a' piedi del cavallo soppongono le volubili rote, e gli attaccano corde al collo; la macchina fatale, pregna di armi passa dentro le mura; i fanciulli, e le caste vergini cantano inni sacri, e godono di toccar la fune con le lor mani. Quella si spin-

O patria, o divum domus Ilium, et inclyta bello
Moenia Dardanidum, quater ipso in limine portae
Substitit, atque utero sonitum quater arma dedere.
Instamus tamen immemores, caecique furore,
Et monstrum infelix sacrata sistimus arce.
Tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris
Ora, Dei jussu, non unquam credita Teucris.
250 Nos delubra Deum miseri, quibus ultimus esset
Ille dies, festa velamus fronde per urbem.
Vertitur interea coelum, et ruit Oceano nox,
Involvens umbra magna terramque, polumque,
Myrmidonumque dolos; fusi per moenia Teucri
Conticuere; sopor fessos complectitur artus.
Et jam Argiva phalanx instructis navibus ibat
A Tenedo, tacitae per amica silentia Lunae,
Litora nota petens; flammas cum regia puppis
Extulerat; fatisque Deum defensus iniquis,

O patria, o Ilium, domus divum, et moenia Dardanidum inclyta bello! Quater substitit in ipso limine portae, atque quater arma dedere sonitum utero. Tamen immemores et caeci furore instamus, et sistimus arce sacrata monstrum infelix. Tunc etiam Cassandra jussu Dei, non unquam credita Teucris aperit ora fatis futuris. Nos miseri, quibus ille dies esset ultimus velamus per urbem delubra Deum fronde festa. Interea Coelum vertitur, et nox involvens et terram, et polum, et dolos Myrmidonum umbra magna, ruit Oceano; Teucri fusi per moenia conticuere, sopor complectitur artus fessos. Et jam phalanx Argiva instructis navibus ibat a Tenedo per amica silentia Lunae tacitae, petens litora nota; cum regia puppis extulerat flammas

ge avanti, e minacciosa scorre per mezzo della città. Oh patria, oh Ilio, abitazion degli Dei, e voi mura di Troja famose in guerra! Quattro volte fermossi sulla soglia della porta, e quattro le armi risonarono dal ventre. Tuttavia dimentichi *del nostro rischio*, ed accecati dal furore perseveriamo, e collochiamo nella sacra rocca il mostro sterminatore. Allora anche Cassandra per voler di Apollo, non mai creduta da Trojani, apre le labbra a predire l' imminente destino. Noi infelici, pe' quali quel giorno era l' ultimo, adorniamo nella città i templi degli Dei; di frondi festive. Frattanto il cielo si volge,. e la notte, coprendo e la terra, ed il cielo, e gl' inganni de' Greci colla sua immensa ombra, sorge dal mare. I Trojani sparsi per la città, si abbandonarono alla quiete, il sonno ne invade le membra già stanche. Ed ecco già la flotta Greca colle navi armate sen veniva da Tenedo nel silenzio profondo dell'amica Luna dirigendosi al noto lido quando la regia nave innalza una face, e Si-

260 Inclusos utero Danaos, et pinea furtim
Laxat claustra Sinon: illos patefactus ad auras
Reddit equus; laetique cavo se robore promunt
Tisandrus, Sthenelusque duces, et dirus Ulisses,
Demissum lapsi per funem, Athamasque, Thoasque
Pelidesque Neoptolemus, primusque Machaon,
Et Menelaus, et ipse doli fabricator Epeus.
Invadunt urbem somno, vinoque sepultam.
Caeduntur vigiles, portisque patentibus omnes
270 Accipiunt socios, atque agmina conscia jungunt.
Tempus erat, quo prima quies mortalibus aegris
Incipit, et dono Divum gratissima serpit.
In somnis ecce ante oculos moestissimus Hector
Visus adesse mihi, largosque effundere fletus.
Raptatus bigis, ut quondam, aterque cruento
Pulvere, perque pedes trajectus lora tumentes,
Hei mihi, qualis erat, quantum mutatus ab illo

et Sinon defensus fatis iniquis Deorum, furtim laxat Danaos inclusos utero, et pinea claustra; equus patefactus reddit illos ad auras, et laeti Tisandrus, et Sthenelus duces et dirus Ulysses lapsi per funem demissum promunt se cavo robore et Athamas, et Thoas, et Pelides Neoptolemus, et primus Machaon, et Menelaus et ipse Epeus fabricator doli. Invadunt urbem sepultam somno, et vino, vigiles caeduntur, et portis patentibus accipiunt omnes socios atque jungunt agmina conscia. Tempus erat, quo prima quies mortalibus aegris incipit, et dono Divum gratissima serpit. Ecce in somnis Hector moestissimus visus adesse mihi ante oculos, et effundere largos fletus, raptatus bigis, ut quondam, et ater pulvere cruento, et trajectus lora per pedes tumentes. Hei mihi, qualis erat, quantum mutatus ab illo

none difeso dal fato ingiusto, di soppiatto dà la libertà a' Greci chiusi nel seno del cavallo, ed apre la prigione di legno. Il cavallo disserato, li rende all' aura *aper ta*, ed allegri Tisandro, e Stenelo duci, ed il fiero Ulisse discesi per una fune mandata giù, escono dall' incavato legno, ed Atamante, e Toante e Pirro, nipote di Peleo e primo d' ogni altro Macaone e Menelao, e l' istesso Epeo che fabbricò al macchina ingannatrice. Assalgono la città sepolta nel sonno, e nel vino, le sentinelle vengono uccise, ed a porte spalancate i *Greci* ricevono tutt' i compagni, ed uniscono le schiere già consapevolī. Era quell' ora, in cui il primo sonno comincia per gli afflitti mortali, e per dono degli Dei gratissimo *in essi* serpeggia. Ecco che in sogno Ettore mestissimo sembrò esser presente agli occhi miei, e spandere un largo pianto, strascinato dalla biga come *avvenne* una volta, e lordo di sanguinosa polvere, e trapassati avendo dalle redini i gonfj piedi. Oimè! Quale egli era! Quanto

Hectore, qui redit exuvias indutus Achillis,
Vel Danaum Phrygios jaculatus puppibus ignes!
280 Squallentem barbam, et concretos sanguine crines,
Vulneraque illa gerens, quae circum plurima muros
Accepit patrios: ultro flens ipse videbar
Compellare virum, et moestas expromere voces;
O lux Dardaniae, spes o fidissima Teucrum,
Quae tantae tenuere morae? quibus Hector ab oris
Expectate venis? ut te post multa tuorum
Funera, post varios hominumque, urbisque labores
Defessi aspicimus? quae causa indigna serenos
Foedavit vultus? aut cur haec vulnera cerno?
290 Ille nihil; nec me quaerentem vana moratur;
Sed graviter gemitus imo de pectore ducens,
Heu fuge, nate Dea, teque his, ait, eripe flammis,
Hostis habet muros: ruit alto a culmine Troja.

Hectore qui rediit exutus exuvias Achill's, vel jaculatus phrygios ignes puppibus Danaum, gerens squallentem barbam, et crines concretos sanguine, et vulnera illa, quae accepit plurima circum patrios muros. Ipse flens videbar ultro compellare virum, et expromere moestas voces: o lux Dardaniae, o spes fidissima Teucrum. Quae tante morae tenuere te; Hector expectate ab quibus oris venis, ut defessi aspicimus te post multa funera tuorum, post varios labores et hominum, et urbis? Quae causa indigna foedavit serenos vultus. aut cur cerno haec vulnera? Ille nihil; nec moratur me quaerentem vana, sed graviter ducens vocem ab imo pectore; ait: heu nate Dea fuge, et eripe te his flammis, Hostis habet muros, Troja ruit ab alto culmine.

cambiato da quell' Ettore, che ritornò adorno delle spoglie d' Achille, o che lanciato avea la fiamma Trojana sulle navi Greche, avendo la barba squallida, ed i capelli rappresi dal sangue, e quelle ferite, cui ricevè in grandissimo numero intorno alle mura della patria! A me sembrava che piangendo fossi io il primo a chiamarlo, ed a mandar fuori *queste* dolenti voci: o splendore di Troja, o fermissima speranza de' Trojani. Qual sì lunga dimora ti trattenne? o Ettore desiderato, da quali spiagge tu vieni? come noi lassi ti rimiriamo dopo le molte stragi de' tuoi, dopo i varii affanni e de' cittadini, e della città? Qual ingiusta cagione intorbidò il tuo volto sereno, o perchè veggo queste ferite? Quegli nulla *risponde*, nè mi tiene a bada in replicare alle mie vane domande, ma affannosamente traendo la voce dal più cupo del petto, dice: oimè, figlio di Venere, fuggi, e salvati da queste fiamme. Il nemico occupa le mura, Troja precipita dal suo colmo. Abba-

Sat patriae, Priamoque datum: si Pergama dextra
Defendi possent, etiam hac defensa fuissent.
Sacra, suosque tibi commendat Troja Penates,
Hos cape fatorum comites; his moenia quaere,
Magna pererrato statues quae denique Ponto.
Sic ait, et manibus vittas, Vestamque potentem,
Aeternumque adytis effert penetralibus ignem,
Diverso interea miscentur moenia luctu,
Et magis, atque magis (quamquam secreta parentis
Anchisae domus, arboribusque obtecta recessit)
Clarescunt sonitus, armorumque ingruit horror.
Excutior somno, et summi fastigia tecti
Ascensu supero, atque arrectis auribus asto.
In segetem veluti cum flamma furentibus Austris
Incidit, aut rapidus montano flumine torrens
Sternit agros, sternit sata laeta, boumque labores,
Praecipitesque trahit sylvas: stupet inscius alto

Sat datum est patriae, et Priamo; si Pergama possent defendi dextra, fuissent defensa etiam hac. Troja commendat tibi sacra, et suos Penates; cape hos comites fatorum; quaere moenia his, quae denique statues magna, pererrato Ponto. Sic ait et manibus effert vittas, et Vestam potentem, et aeternum ignem adytis penetralibus. Interea moenia miscentur luctu diverso et magis, atque magis (quamquam domus Anchisae secreta, et obtecta arboribus recessit) sonitus clarescunt, et horror armorum ingruit. Excutior somno, et ascensu supero fastigia summi tecti, atque asto arrectis auribus. Veluti cum flamma furentibus austris incidit in segetem aut rapidus torrens flumine montano sternit agros, sternit sata laeta, et labores boum, et trahit sylvas praecipites;

stanza si è fatto per la patria, e per Priamo. Se Troja potesse esser difesa da destra *mortale*, sarebbe stata anche difesa da questa *mia*. Troja ti raccomanda le cose sacre, ed i suoi Penati, prendi questi per compagni de' *tuoi* destini, cerca ad essi una città, la quale finalmente fabbricherai ben grande, travalicato il mare. Così dice, e con le sue proprie mani trae fuori le bende, e la potente Vesta, e l'eterno fuoco da' segreti penetrali. Frattanto la città è turbata dagli urli, e schiamazzi confusi, e sempre più (sebbene la casa d' Anchise solitaria, e coperta dagli alberi è lontana) si ode chiaramente lo strepito, e l' orror dell' armi sovrasta. Son riscosso dal sonno, e salendo arrivo alla più alta cima della casa, e sto con. le orecchie intente. Come quando, la fiamma all' infuriar de' venti appiccossi alla messe, o un rapido torrente raccolto dall' acqua de' monti, abbatte i campi, abbatte le copiose messi, e i lavori de' buoi, e seco trasporta precipitosamente le selve; il

Accipiens sonitum saxi de vertice pastor.
Tum vero manifesta fides, Danaumque patescunt
Insidiae: jam Deiphobi dedit ampla ruinam
Vulcano superante domus, jam proximus ardet
Ucalegon, Sigea igni freta lata relucent.
Exoritur clamorque virum, clangorque tubarum.
Arma amens capio: nec sat rationis in armis.
Sed glomerare manum bello, et concurrere in arcem
Cum sociis ardent animi: furor, iraque mentem
320 Praecipitant, pulchrumque mori succurrit in armis.
Ecce autem telis Panthus elapsus Achivum;
Panthus Othryades, arcis, Phoebique sacerdos,
Sacra manu, victosque Deos, parvumque nepotem
Ipse trahit, cursuque amens ad litora tendit.
Quo res summa loco Pantheu? quam prendimus arcem?
Vix ea fatus eram, gemitu cum talia reddit.

pastor inscius, stupet accipiens sonitum de alto vertice saxi. Tum vero manifesta fides, et insidiae Danaum patescunt. Jam ampla domus Deiphobi dedit ruinam, Vulcano superante, jam proximus Ucalegon ardet. Lata freta Sigea relucent igni. Et clamor virorum, et clangor tubarum exoritur. Amens capio arma, nec sat rationis in armis; sed animi ardent glomerare manum bello, et concurrere in arcem cum sociis; furor, et ira praecipitant mentem, et succurrit pulchrum mori in armis. Ecce autem Panthus elapsus telis Achivum, Panthus Othryades, sacerdos Phoebi, et arcis, ipse trahit sacra, et victos Deos, et parvum nepotem manu, et amens tendit cursu ad litora: Pantheu, res summa quo loco est? quam arcem prendimus? vix fatus eram ea, cum reddit talia gemitu.

pastore che il motivo ignora di tal fracasso, rimane attonito in udirlo dall'alta cima del monte. Allora la verità *delle parole d' Ettore* si manifesta, e le insidie de' Greci sono evidenti. Già la vasta abitazione di Deifobo ruinò vinta dal fuoco, già la prossima casa d' Ucalegonte divampa; l'ampio mare Sigeo riverbera le fiamme. I clamori della gente, e lo squillar delle trombe si ascoltano. Fuori di me, dò di piglio alle armi, nè so abbastanza perchè le prenda. Ma l'animo arde di adunar compagni per la pugna, e di correre seco loro alla rocca. Il furore, e lo sdegno trasportano la mente, e mi sovviene esser glorioso il morir fra le armi. Ecco poi che Panto sfuggito alle armi de' Greci, Panto figlio di Otreo sacerdote di Febo nella rocca, trae seco le sacre cose, i vinti Dei, ed il piccolo nipote di sua mano, e fuori di sè volge il corso al lido: o Panto, che speme v' ha della pubblica salvezza? In qual rocca ci ritiriamo? Appena così gli dissi; che egli in tal guisa mi rispose ge-

Venit summa dies, et ineluctabile tempus
Dardaniae fuimus Troes; fuit Ilium, et ingens
Gloria Teucrorum; ferus omnia Juppiter Argos
Transtulit: incensa Danai dominantur in urbe;
Arduus armatos mediis in moenibus adstans
Fundit equus, victorque Sinon incendia miscet
Insultans: portis alii bipatentibus adsunt,
Millia quot magnis numquam venere Mycenis.
Obsedere alii telis angusta viarum
Oppositi, stat ferri acies mucrone corusco
Stricta, parata neci, vix primi praelia tentant
Portarum vigiles, et caeco Marte resistunt.
Talibus Othryadae dictis, et numine divum
340 In flammas, et in arma feror: quo tristis Erinnys,
Quo fremitus vocat, et sublatus ad aethera clamor.
Addunt se socios Ripheus, et maximus annis
Iphitus, oblati per Lunam, Hypanisque Dymasque

Summa dies, et tempus ineluctabile Dardaniae venit; fuimus Troes, Ilium, et ingens gloria Teucrorum fuit. Ferus Juppiter transtulit omnia Argos. Danai dominantur in urbe incensa. Arduus equus adstans in mediis moenibus fundit armatos, et victor Sinon insultans spargit incendia. Alii adsunt portis bipatentibus, quot millia numquam venere magnis Mycenis; alii oppositi obsedere angusta viarum telis. Acies ferri stricta stat parata neci mucrone corusco; vix primi vigiles portarum tentant praelia, et resistunt caeco Marte. Talibus dictis Othriadae, et numine Divum feror in flammas, et in arma, quo tristis Erinnys, quo fremitus et clamor sublatus ad aethera vocat. Ripheus, et Iphitus maximus annis oblati per Lunam addunt se socios, et Hypanis, et Dymas,

mendo; l' ultimo giorno, ed il tempo inevitabil per Troja già venne; Fummo Trojani; Ilio, e la somma gloria de' Trojani è svanita. Il fiero Giove tutto concesse ad Argo; i Greci dominano nella città in fiamme. L' alto cavallo stando in mezzo di essa manda fuori i guerrieri, e Sinone vincitore insultando, va spargendo l' incendio. Altri entrano per le porte spalancate, e sono tante migliaja quante mai non ne vennero dalla Grecia; Altri schierati occuparono le strade anguste con le armi. Una selva di spade impugnate sta pronta alle strage con le lucide punte; appena le prime guardie delle porte tentan di far battaglia, e resistono combattendo da forsennate. Per tali detti del figlio di Otreo, e per la volontà degli Dei, vengo spinto in mezzo alle armi e al fuoco, dove la spietata furia, dove lo strepito, e le grida innalzate fino al cielo, mi chiamano. Rifeo, ed Ifito il più vecchio degli altri, presentatisi a me al chiaror della Luna, mi si uniscono per compagni, ed Ipani, e Di-

Et lateri agglomerant nostro, juvenisque Choraebus
Mygdonides, illis qui ad Trojam sorte diebus
Venerat, insano Cassandrae incensus amore,
Et gener auxilium Priamo, Phrygibusque ferebat.
Infelix, qui non sponsae praecepta furentis
Audierat.
350 Quos ubi consertos audere in praelia vidi,
Incipio super his: Juvenes, fortissima frustra
Pectora (si vobis audentem extrema cupido est
Certa sequi; quae sit rebus fortuna, videtis.
Excessere omnes adytis, arisque relictis,
Dii, quibus imperium hoc steterat) succurritis urbi
Incensae: moriamur, et in media arma ruamus.
Una salus victis, nullam sperare salutem.
Sic animis juvenum furor additus, inde, lupi ceu

. . . . . et agglomerant lateri nostro, et juvenis Choraebus Mygdonides, qui illis diebus forte venerat ad Trojam, accensus amore insano Cassandrae, et gener ferebat auxilium Priamo, et Phrygibus; infelix, qui non audierat praecepta sponsae furentis. Quos consertos ubi vidi audere in praelia, incipio super his: juvenes, frustra fortissima pectora (si certa cupido est vobis sequi audentem extrema) videtis quae fortuna sit rebus; Dii omnes, quibus hoc imperium steterat, excessere relictis adytis, et aris, succurritis urbi incensae, moriamur, et ruamus in media arma; una salus victis, non sperare ullam salutem. Sic furor additur animis juvenum; inde ceu lupi

mante, e si affollano al mio fianco, ed *anche* il giovine Corebo figlio di Migdone, il quale per avventura in quei giorni era venuto a' Troja acceso da amore smisurato per Cassandra, e qual genero recava ajuto a Priamo, ed a' Frigii; sventurato! che non aveva dato ascolto agli avvisi della sposa investita dal furor *di Apollo*. I quali insieme raccolti, tostochè vidi, che osavano di esporsi alla pugna, così incomincio loro a parlare su tale avvenimento: o giovani, che avete indarno de'cuori fortissimi (se una ferma risoluzione avete di seguire uno, che affronta gli estremi mali, vedete qual sia lo stato delle cose) tutti gli Dei, per la protezion de' quali, questo impero era in piede, se ne partirono, abbandonati i penetrali, e le are, voi soccorrete ad una città in fiamme; moriamo *piuttosto* e ci precipitiamo in mezzo alle armi; una sola salvezza rimane a' vinti, il non sperare alcuna salvezza. Così un maggior furore è ispirato nell' animo de' giovani; quindi, come lupi

Raptores atra in nebula, quos improba ventris
Exegit caecos rabies, catulique relicti
Faucibus expectant siccis, per tela, per hostes
Vadimus haud dubiam in mortem, mediaeque tenemus
Urbis iter. Nox atra cava circumvolat umbra.
Quis cladem illius noctis, quis funera fando
Explicet? aut possit lacrymis aequare labores;
Urbs antiqua ruit, multos dominata per annos,
Plurima perque vias sternuntur inertia passim
Corpora, perque domos, et religiosa Deorum
Limina, nec soli poenas dant sanguine Teucri.
QUONDAM etiam victis redit in praecordia virtus
Victoresque cadunt Danai crudelis ubique
Luctus, ubique pavor, et plurima mortis imago.
Primus se Danaum, magna comitante caterva
Androgeos offert nobis; socia agmina credens,
Inscius, atque ultro verbis compellat amicis.

raptores in atra nebula, quos improba rabies ventris exegit caecos, et catuli relicti expectant faucibus siccis; per tela, per hostes vadimus in mortem haud dubiam, et tenemus iter mediae urbis; nox atra circumvolat umbra cava. Quis fando, explicet cladem illius noctis, quis funera aut possit lacrymis, aequare labores. Urbs antiqua dominata per multos annos ruit, et plurima inertia corpora sternuntur passim per vias, et per domos, et religiosa limina Deorum, nec soli Teucri dant poenas sanguine. Quondam etiam virtus redit in praecordia victis, et Danai victores cadunt; ubique luctus crudelis, ubique pavor, et plurima imago mortis. Androgeus primus Danaum offert se nobis; magna caterva comitante, inscius credens agmina socia, atque ultro compellat verbis amicis

predatori tra la densa nebbia, cui l'insaziabile rabbiosa fame cacciò ciecamente dalle tane, ed i lupatti li aspettano con fauci rasciutte; in mezzo all'armi, in mezzo a' nemici andiamo ad una morte sicura, e c'incamminiamo per mezzo alla città; la fosca notte ci vola intorno coll'ombra profonda. Chi esporrà con parole la strage di quella notte, chi le morti, o potrà spargere lagrime che corrispondano a tanti mali? Quell'antica città rovina, che regnò per molti anni, ed innumerabili corpi esangui sono sparsi per le strade, e per le case, e per gli augusti tempii degli Dei nè i soli Trojani pagano il fio col sangue. Qualche volta torna il valore nel cuor de' vinti; anche i Greci vincitori cadono estinti; dovunque il pianto crudele; dovunque lo spavento, e moltissime immagini di morte *vanno scorrendo d'intorno.* Androgeo il primo fra i Greci s'incontra con noi, accompagnato da una gran folla, per ignoranza credendoci schiere alleate, ed egli il primo volge a noi paro-

Festinate viri; nam quae tam sera moratur
Segnities? alii rapiunt incensa, feruntque
Pergama; vos celsis nunc primum a navibus itis?
Dixit, et extemplo (neque enim responsa dabantur
Fida satis (sensit medios delapsus in hostes.
Obstupuit; retroque pedem cum voce repressit.
Improvisum aspris veluti qui sentibus anguem
Pressit humi nitens, trepidusque repente refugit
Attollentem iras, et caerula colla tumentem.
Haud secus Androgeos visu tremefactus abibat.
Irruimus, densis et circumfundimur armis;
Ignarosque loci passim, et formidine captos
Sterminus, aspirat primo fortuna labori.
Atque hic exultans successu, animisque Choroebus:
O socii, qua prima, inquit, fortuna salutis
Monstrat iter, quaque ostendit se dextra, sequamur

Viri festinate; nam quae tam sera segnities moratur? Alii rapiunt Pergama incensa et ferunt; vos nunc primum itis a navibus? Dixit, et extemplo (etenim neque responsa satis fida dabantur) sensit delapsus in hostes medios ; obstupuit , et retro repressit pedem cum voce. Veluti qui nitens pressit humi anguem improvisum sentibus aspris, et repente trepidus refugit attollentem iras, et tumentem colla caerulea; Haud secus Androgeos tremefactus visu, abibat. Irruimus, et circumfundimur densis armis, et sternimus passim ignaros loci, et captos formidine; fortuna aspirat labori primo. Atque hic Choroebus exultans successu et animis, inquit: o socii, sequamur qua fortuna prima monstrat iter salutis, et qua dextra ostendit.

le amichevoli: compagni, affrettatevi; impe-
rocchè qual sì gran lentezza vi trattiene? Altri
raccolgono prede dentro Troja che va in fiam-
me, e via le trasportano; voi ora per la pri-
ma volta venite dalle alte navi? Disse, e tosto
(giacchè non si davano risposte cui potersi
bastantemente fidare) s'accorse di esser ca-
duto in mezzo a' nemici; ne restò attonito, e
ritenne il piede, e la voce. Come colui, che con
forza premendo, calpestò sulla terra un ser-
pe improvvisamente tra le spine, e subito
spaventato si fece indietro da quello, che s'in-
fiamma di sdegno, e gonfia il collo ceruleo;
non altrimenti Androgeo atterrito in veden-
doci si ritirava. Ci avventiam loro addosso,
e strettamente li circondiamo con le armi, e
per ogni dove al suolo gli stendiamo non pratici
del luogo, e investiti dal timore; la fortuna ar-
ride allo sforzo primiero, e quì Corebo esul-
tando pel buon successo, e pel coraggio *rina-
to*, disse: o compagni, seguiamo la fortuna,
ove prima ci mostra il sentiero di salvezza;

Mutemus clypeos, Danaumque insignia nobis
Aptemus: dolus, an virtus, quis in hoste requirat?
Arma dabunt ipsi; sic fatus, deinde comantem
Androgei galeam, clypeique insigne decorum
Induitur, laterique Argivum accommodat ensem.
Hoc Ripheus, hoc ipse Dymas; omnisque juventus.
Laeta facit: spoliis se quisque recentibus armat.
Vadimus immixti Danais, haud numine nostro;
Multaque per caecam congressi praelia noctem
Conserimus; multos Danaum demittimus Orco.
Diffugiunt alii ad naves, et littora cursu
Fida petunt: pars ingentem formidine turpi
Scandunt rursus equum; et nota conduntur in alvo.
Heu nihil invitis fas quemquam fidere divis!
Ecce, trahebatur passis Priameja virgo
Crinibus a templo Cassandra, adytisque Minervae,
Ad coelum tendens ardentia lumina frustra:
Lumina; nam teneras arcebant vincula palmas.

Mutemus clypeos, et nobis aptemus insignia Danaum. Quis requirat dolus an virtus in hoste? Ipsi dabunt arma; sic fatus, deinde induitur galeam comantem Androgei, et insigne decorum clypei, et accommodat lateri ensem Argivum. Ripheus, ipse Dymas, et omnis juventus laeta facit hoc; quisque armat se spoliis recentibus. Vadimus immixti Danais numine haud nostro, et congressi per caecam noctem conserimus multa praelia; demittimus multos Danaum orco. Alii diffugiunt ad naves, et petunt fida littera cursu; pars formidine turpi scandunt rursus equum ingentem, et conduntur in alvo nota: Heu nihil fas est quemquam fidere invitis divis! Ecce virgo Cassandra Priameja trahebatur crinibus passis a templo, et adytis Minervae, frustra tendens ad coelum lumina ardentia; lumina nam vincula arcebant palmas teneras.

e dove favorevole ci si presenta. Cambiamo gli scudi, e adattiamoci le insegne de' Greci. Chi cercherà se in un nemico *vi sia* inganno, o virtù? Essi ci somministreranno le armi; così si espresse; di poi prende l' elmo ornato di piume di Androgeo, e l'adorno vistoso scudo, e si cinge al fianco la spada Greca. Rifeo, l'istesso Dimante, e tutta la gioventù lieta fa lo stesso; ciascuno armasi delle nuove spoglie. Noi ce ne andiamo misti fra i Greci, essendoci contrarii gli Dei, ed azzuffandoci nell'orror della notte, diam molte battaglie, cacciamo molti Greci all'inferno. Altri fuggono alle navi, e si avviano correndo al sicuro lido; una parte per vergognoso timore sale di nuovo nel gran cavallo, e si appiatta nel *suo* ventre già noto. Oimè! Niun può fidarsi di nulla contro il voler degli Dei! Ecco la Vergine Cassandra figlia di Priamo co' capelli sparsi era tratta dal tempio, e dal sacrario di Minerva, invano alzando al cielo gli occhi ardenti; gli occhi, *io dico*, poichè i lacci ne

Non tulit hanc speciem furiata mente Choroebus,
Et sese medium injecit moriturus in agmen.
Consequimur cuncti, et densis incurrimus armis.
Hic primum ex alto delubri culmine telis
Nostrorum obruimur; oriturque miserrima caedes
Armorum facie, et Grajarum errore jubarum.
Tum Danai gemitu, atque ereptae virginis ira,
Undique collecti invadunt: acerrimus Ajax,
Et gemini Atridae, Dolopumque exercitus omnis.
Adversi rupto ceu quondam turbine venti
Confligunt, Zephyrusque, Notusque et laetus Eois
Eurus equis: stridunt sylvae, saevitque tridenti
Spumeus; atque imo Nereus ciet aequora fundo.
Illi etiam, si quos obscura nocte per umbram
Fudimus insidiis, totaque agitavimus urbe,
Apparent: primi clypeos, mentitaque tela
Agnoscunt; atque ora sono discordia signant.

Choroebus mente furiata non tulit hanc speciem, et moriturus, injecit sese in agmen medium. Cuncti consequimur, et incurrimus densis armis. Hic primum ex alto culmine delubri obruimur telis nostrorum, et miserrima caedes oritur facie armorum, et errore jubarum Grajarum. Tum Danai gemitu, atque ira ereptae virginis, undique collecti, invadunt; acerrimus Ajax et gemini Atridae, et omnis exercitus Dolopum. Ceu quondam rupto turbine, venti et Zephyrus, et Notus, et Eurus laetus Eois equis confligunt; sylvae stridunt, et Nereus spumeus saevit tridenti, atque ciet aequora fundo imo. Illi etiam, si obscura nocte per umbras fudimus aliquos insidiis, et agitavimus tota urbe apparent; primi agnoscunt clypeos,

impedivano le tenere mani . Corebo coll' animo infuriato non soffrì tal vista, e pronto a morire, si cacciò in mezzo alla schiera nemica. Tutti lui seguiamo , e ci slanciamo tra i folti armati. Quì in primo luogo dall' elevata cima del tempio siamo oppressi dai dardi de' nostri, ed una strage orribile ne segue per l' apparenza delle armi, e per l' inganno de' greci cimieri . Allora i Greci per lo dolore, e per lo sdegno della rapita vergine, da ogni dove raccolti, ci assalgono, e *fra questi* il crudelissimo Ajace, ed i due Atridi, e tutto l' esercito de' Dolopi. Come talora, scoppiato il turbine, i venti, e Zeffiro, e Noto ed Euro superbo per gli Eoi cavalli, si azzuffano; le selve ne stridono , e Nereo spumante infierisce col tridente, e sconvolge il mare dal basso fondo. Quelli compariscono ancora , benchè fra l' ombre della fosca notte ne fugammo alcuni cogli aguati, e li perseguitammo per tutta la città ; *ed essi* prima degli altri riconoscono gli scudi, e le

Illicet obruimur numero: primusque Choraebus
Penelei dextra divae armipotentis ad aram
Procumbit, cadit et Ripheus, justissimus unus
Qui fuit in Teucris, et servantissimus aequi;
Diis aliter visum: pereunt Hypanisque, Dymasque
Confixi a sociis: nec te tua plurima Panthu
Labentem pietas, nec Apollinis infula texit;
Illiaci cineres, et flamma extrema meorum
Testor, in occasu vestro nec tela, nec ullas
Vitavisse vices Danaum; et, si fata fuissent
Ut caderem, meruisse manu. Divellimur inde
Iphitus, et Pelias mecum quorum Iphitus aevo
Jam gravior, Pelias et vulnere tardus Ulyssi.
Protinus ad sedes Priami clamore vocati.
Hic vero ingentem pugnam, ceu caetera nusquam
Bella forent, nulli tota morerentur in urbe,

et tela mentita, atque signant ora discordia sono. Ilicet obruimur numero, et primus Choroebus dextra Penelei procumbit ad aram Divae armipotentis, et Ripheus cadit qui unus fuit justissimus in Teucris, et servantissimus aequi. Aliter visum est Diis. Et Hypanis, et Dymas confixi a sociis pereunt. nec tua plurima pietas nec infula Apollinis texit Panthu te labentem. Cineres Iliaci, et flamma extrema meorum, testor; non vitavisse nec tela, nec ullas vices Danaum in occasu vestro, et si fata fuissent ut caderem meruisse manu. Iphitus et Pelias mecum divellimur inde, quorum Iphitus jam gravior aevo, et Pelias tardus vulnere Ulyssi. Protinus vocati ad sedes Priami clamore. Hic vero videmus ingentem pugnam, ceu caetera bella nusquam forent,

insegne mentite, e notano le nostre voci discordi *dalle loro* nel suono. Ben presto siamo oppressi dal numero, ed il primo Corebo dalla destra di Peneleo cade estinto vicino all' altare dell' armata Dea. Anche Rifeo viene ucciso, che fu il più retto fra i Teucri, e tenacissimo del giusto; altrimente ne parve agli Dei. Ed Ipani, e Dimante trafitti da compagni periscono; nè la tua immensa pietà; nè la benda di Apollo ti difese o Panto nell'atto che cadevi. O ceneri di Troja, e fiamme estreme d'miei, io vi chiamo in testimonio, che non evitai nè le armi, nè alcun rischio dalla parte de' Greci nella vostra ruina, e se i destini avessero disposto, ch'io morissi, lo meritai con questa mano. Ifito, e Pelia con me si distaccano di là, de' quali Ifito era già vecchio, e Pelia indebolito da una ferita *ricevuta* da Ulisse. Tosto siamo spinti verso il palagio di Priamo dalle strida. Quì poi scorgiamo un combattimento sì fiero, come se altre battaglie non fossero in niun altro luogo

Sic Martem indomitum Danaosque ad tecta ruentes
Cernimus, obsessumque acta testudine limen.
Haerent parietibus scalae; postesque sub ipsos
Nituntur gradibus, clypeosque ad tela sinistris
Protecti objiciunt; prensant fastigia dextris.
Dardanidae contra turres, ac tecta domorum
Culmina convellunt; his se, quando ultima cernunt,
Extrema jam in morte parant defendere telis;
Auratasque trabes, veterum decora alta parentum,
Devolvunt, alii strictis mucronibus imas
Obsedere fores: has servant agmine denso.
Instaurati animi regis succurrere tectis,
Auxilioque levare viros, vimque addere victis.
Limen erat, caecaeque fores, et pervius usus
Tectorum inter se Priami, postesque relicti
A tergo; infelix qua se, dum regna manebant,

nulli morarentur in urbe tota; cernimus Martem sic indomitum, et Danaos ruentes ad tecta, et limen obsessum acta testudine. Scalae haerent parietibus, et sub ipsos postes nituntur gradibus; et protecti sinistris objiciunt clypeos ad tela; prensant fastigia dextris. Dardanidae contra convellunt turres, ac tecta culmina domorum; quando cernunt ultima parant defendere his telis in morte jam extrema; et devolvunt auratas trabes, alta decora veterum parentum; alii obsedere imas fores strictis mucronibus; servant, has ordine denso. Animi instaurati succurrere tectis regis, et levare viros auxilio, ed addere vim victis. Limen erat, et caecqe fores, et pervius usus tectorum Priami inter se, et postes relicti a tergo, qua, dum regna manebant,

e nessuno morisse in tutta la città; noi veggiamo un combattere sì accanito, ed i Greci precipitosi correre alla reggia, ed assediata la porta dalla già formata testugine. Le scale sono appoggiate alle mura, e vicino alle stesse porte salgono pe' gradini, e protetti dalla sinistra, oppongono gli scudi a' dardi, afferrano le cime con la destra. I Trojani al contrario diroccano le torri, ed i tetti, che cuopron le case; quando veggono giunti gl' ultimi estremi, si dispongono a difendersi con quest' armi nella morte già prossima, e gittano giù le travi dorate, alto ornamento degli antenati; altri occuparono le basse porte colle spade impugnate; e le difendono in folta schiera. Mi ritorna in pensiero di soccorrere la casa del Re, ed ajutare gli assediati, e di avvalorare i vinti. Eravi una casa *vicina alla reggia* ed una porta segreta, ed una facile comunicazione di que' palagi di Priamo fra loro, ed un ingresso a fianco non occupato *da' nemici*, dove mentre il regno era in piedi

Saepius Andromache ferre incomitata solebat
Ad soceros, et avo puerum Astyanacta trahebat.
Evado ad summi fastigia culminis, unde
Tela manu miseri jactabant irrita Teucri,
Turrim in praecipiti stantem, summisque sub astra
Eductam tectis, unde omnis Troja videri,
Et Danaum solitae naves, et Achaica castra,
Aggressi ferro circum, qua summa labantes
Juncturas tabulata dabant, convellimus altis
Sedibus, impulimusque; ea lapsa repente ruinam
Cum sonitu trahit, et Danaum super agmine late
Incidit. Ast alii subeunt: nec saxa, nec ullum
Telorum interea cessat genus.
Vestibulum ante ipsum, primoque in limine Pyrrhus
Exultat telis, et luce coruscat ahena.
Qualis ubi in lucem coluber mala gramina pastus.
Frigida sub terra, tumidumquem bruma tegebat,

infelix Andromache incomitata saepius solebat ferre se ad soceros, et trahebat puerum Astyanacta avo. Evado ad fastigia summi culminis, unde miseri Teucri jactabant manu irrita tela. Convellimus altis sedibus, et impulimus turrim stantem in praecipiti, et eductam summis tectis sub astra, unde omnis Troja, et naves Danaum et castra Achaica solitae videri, aggressi circum ferro, qua summa tabulata dabant juncturas labantes; ea repente lapsa trahit ruinam cum sonitu, et incidit late super agmina Danaum. Ast alii subeunt, nec saxa, nec ullum genus telorum interea cessat. Pyrrhus ante ipsum vestibulum, et in primo limine exultat telis, et coruscat luce ahena. Qualis coluber, quem tumidum frigida bruma tegebat; ubi pastus mala gramina

l'infelice Andromaca, senza accompagnamento, spesso solea portarsi a' suoceri e recava il fanciullo Astianatte al suo avo; salgo in cima dell' alto tetto, donde gl' infelici Trojani lanciavano vani colpi. Dirocchiamo dalla sua altezza e precipitiamo una torre collocata in un luogo declive, la quale ergevasi dall' estremità del tetto fino alle stelle, dalla quale tutta Troja, e le navi de' Greci, e gli accampamenti Achei solean vedersi, percuotendola intorno col ferro, dove l' ultimo solajo presentava deboli le giunture. Essa all' improvviso cadendo, trae seco immensa ruina con *gran* fragore, e di quà e di là piomba sopra le schiere de' Greci. Ma altri vi sottentrano, ed intanto non cessano di scagliarsi nè i sassi, nè ogni altro genere di armi. Dinanzi allo stesso vestibolo, e sulla prima soglia Pirro esulta armato di dardi, e risplende per la sua lucida armatura. Come appunto un serpente pasciuto di erbe nocive, che il gelido inverno ascondeva avvilito sotto la terra, deposte

Nunc positis novus exuviis, nitidusque juventa;
Lubrica convolvit sublato pectore terga
Arduus ad Solem, et linguis micat ore trisulcis.
Una ingens Periphas, et equorum agitator Achillis
Armiger Automedon; una omnes Scyria pubes
Succedunt tecto, et flammas ad culmina jactant.
Ipse inter primos correpta dura bipenni
Limina perrumpit, postesque a cardine vellit
Aeratos; jamque excisa trabe, firma cavavit
Robora, et ingentem lato dedit ore fenestram.
Apparet domus intus, et atria longa patescunt.
Apparent Priami, et veterum penetralia regum.
Armatosque vident stantes in limine primo.
At domus interior gemitu, miseroque tumultu
Miscetur, penitusque cavae plangoribus aedes
Foemineis ululant, ferit aurea sidera clamor.

nunc novus positis exuviis, et nitidus juventa, convolvit elato pectore lubrica terga ad lucem, arduus ad solem, et micat ore trisulcis linguis. Et armiger Automedon agitator equorum Achilles, una ingens Periphas: una omnis pubes Scyria succedunt tecto et jactant flammas ad culmina. Ipse Pirrus inter primos, correpta dura bipenni, perrumpit limina, et vellit postes aeratos a cardine et jam excisa trabe, cavavit robora firma, et dedit fenestram ingentem lato ore. Domus apparet intus, et atria longa patescunt: penetralia Priami et veterum regum apparent, et vident armatos stantes in limine primo. At domus interior miscetur gemitu, et misero tumultu, et penitus cavae aedes ululant foemineis plangoribus: clamor ferit sidera aurea.

le antiche spoglie esce novellamente alla luce del giorno, e risplendente per la sua giovinezza, ravvolge il lubrico tergo, portando alto il sollevato petto dinanzi al *chiaro* Sole, e vibra rapidamente la tripartita *sua* lingua. Ed unitamente lo smisurato Peiifante e lo scudiero Automedonte auriga di Achille, e tutta la gioventù di Sciro si avvicinano alle mura, e lanciano faci alle cime. L'istesso *Pirro* fra i primi, afferrata una tagliente scure, rompe la soglia, e svelle le porte ferrate da' cardini, già spezzata una trave sfondò il legno, e vi fece un' apertura spaziosa. La casa comparisce nell' interno, ed i lunghi atrii si scuoprono. Appajono le intime stanze di Priamo, e de' prischi regnanti, e veggono gli armati, che stanno nel primo ingresso. Ma la casa al di dentro è posta in confusione da' gemiti, e da compassionevole tumulto, ed internamente le concave volte echeggiano di pianto femminile; le grida arrivano fino alle splendenti stelle. Inoltre le madri ti-

Tum pavidae tectis matres ingentibus errant,
Amplexaeque tenent postes, atque oscula figunt.
Instat vi patria Pyrrhus: nec claustra, nec ipsi
Custodes sufferre valent: labat ariete crebro
Janua, et emoti procumbunt cardine postes.
Fit via vi: rumpunt aditus, primosque trucidant
Immissi Danai, et late loca milite complent.
Non sic aggeribus ruptis cum spumeus amnis
Exit, oppositasque evicit gurgite moles,
Fertur in arva furens cumulo, camposque per omnes
Cum stabulis armenta trahit: vidi ipse furentem
Caede Neoptolemum, geminosque in limine Atridas;
Vidi Hecubam, centumque nurus, Priamumque per aras
Sanguine foedantem, quos ipse sacraverat, ignes.
Quinquaginta illi thalami, spes tanta nepotum,
Barbarico postes auro, spoliisque superbi

Tum pavidae matres errant ingentibus tectis, et amplexae tenent postes, et figunt oscula. Pyrrhus instat vi patria, nec claustra, nec ipsi custodes valent sufferre; janua labat crebro ariete, et postes emoti cardine, procumbunt. Via fit vi: rumpunt aditus et Danai immissi trucidant primos, et complent late loca milite. Non sic, cum aggeribus ruptis, amnis spumeus exit, et evicit gurgite oppositas moles, furens cumulo, fertur in arva et per omnes campos trahit armenta cum stabulis. Ipse vidi Neoptolemum furentem caede, et geminos Atridas in limine; vidi Hecubam, et centum nurus et Priamum per aras foedantem sanguine ignes; quos ipse sacraverat. Quinquaginta illi thalami, spes tanta nepotum, postes superbi auro barbarico,

moroso vanno errando per l'ampie sale e ne tengono abbracciate le porte; e v' imprimon de' baci. Pirro incalza, erede della paterna forza: nè le sbarre, nè le stesse guardie posson resistere; la porta vacilla agli spessi colpi dell'ariete, e le imposte balzate da' cardini rovinano. Si fanno la strada con la forza. Si aprono l'ingresso, ed i Greci introdottisi tagliano à pezzi i primi, in cui s'imbattono, ed occupano ampiamente i luoghi co' soldati. Non così quando, rotti gli argini, un fiume spumoso sbocca e con l'impeto dell' acque supera gli opposti argini, furioso per la piena si porta pe' terreni, e per tutt'i campi trae seco gli armenti, e le stalle. Io stesso vidi Priamo incrudelir tra la strage, e i due figli d' Atreo sulla soglia; vidi Ecuba, e le sue cento matrone, e Priamo fra gli altari, che estingueva col sangue que' fuochi, ch' egli medesimo avea consacrati. Que' cinquanta talami, in cui fondavasi una speranza sì salda di aver nipoti, e le porte fastose per oro,

Procubuere; tenent Danai, qua deficit ignis:
Forsitan et Priami fuerint quae fata requiras.
Urbis ubi captae casum, convulsaque vidit
Limina tectorum, et medium in penetralibus hostem;
Arma diu senior desueta trementibus aevo
Circumdat nequicquam humeris, et inutile ferrum
Cingitur, ac densos fertur moriturus in hostes.
Aedibus in mediis, nudoque sub aetheris axe
Ingens ara fuit, juxtaque veterrima laurus
Incumbens arae; atque umbra complexa Penates,
Hic Hecuba, et natae nequicquam altaria circum,
Praecipites atra ceu tempestate columbae,
Condensae; et divum amplexae simulacra tenebant.
Ipsum autem sumptis Priamum juvenilibus armis
Ut vidit: Quae mens tam dira miserrime conjux,
Impulit his cingi telis? aut quo ruis? inquit.

et spoliis procubuere. Danai tenent, qua ignis deficit. Forsitan et requiras quae fuerint fata Priami. Ubi vidit casum captae urbis et limina tectorum convulsa, et hostem in mediis penetralibus, senior aevo, nequicquam circumdat humeris arma diu desueta, et cingitur inutile ferrum, et moriturus fertur in hostes densos. In mediis aedibus, et sub nudo axe aetheris ingens ara fuit, et juxta veterrima laurus arae incumbens atque complexa Penates umbra. Hic Hecuba, et natae nequicquam condensae erant circum altaria, ceu columbae praecipites atra tempestate, et complexae simulacra Divum tenebant ea. Ut autem vidit Priamum, sumptis juvenilibus armis, inquit: quae mens tam dira, conjux miserrime, impulit cingi his telis?

è per ispoglie tolte a' barbari, vennero abbattute. I Greci sono in possesso di que' luoghi, a cui il fuoco non giunse. Forse richiederai qual fosse il destino di Priamo. Allorchè vide la ruina della presa città, e svelte le porte della sua casa, ed il nemico in mezzo alle stanze interne, *ancorchè* aggravato dall' età, invano si cuopre gli omeri tremanti con le armi, che da lungo tempo disusò, e si cinge l' inutil ferro, e pronto a morire, si porta in incontro ai folti nemici. In mezzo alla casa, ed all' aperto cielo, fuvvi un grande altare, e vicino un antichissimo alloro, che all' altare appoggiavasi *col tronco*; e che copriva i Penati con l' ombra. Quì Ecuba, e le figlie s' erano indarno affollate intorno alle are, quali colombe, che precipitose fuggono la nera tempesta, ed abbracciatesi alle statue degli Dei, si tenevano strette alle medesime. Appena poi ella vide Priamo, che rivestito si era delle armi giovanili, disse: qual disegno sì funesto, o mio infelice consorte, ti spinse a cin-

Non tali auxilio, nec defensoribus istis
Tempus eget; non, si ipse meus nunc afforet Hector.
Huc tandem concede: haec ara tuebitur omnes,
Aut moriere simul. Sic ore effata recepit
Ad sese, et sacra longaevum in sede locavit.
Ecce autem elapsus Pyrrhi de caede Polites,
Unus gnatorum Priami, per tela, per hostes
Porticibus longis fugit, et vacua atria lustrat
Saucius: illum ardens infesto vulnere Pyrrhus
Insequitur, jam jamque manu tenet, et premit hasta,
Ut tandem ante oculos evasit, et ora parentum,
Concidit, ac multo vitam cum sanguine fudit.
Hic Priamus, quamquam in media jam morte tenetur,
Non tamen abstinuit, nec voci, iraeque pepercit.
At tibi pro scelere, exclamat, pro talibus ausis,
Dii (si qua est caelo pietas, quae talia curet)
Persolvant grates dignas, et praemia reddant

Aut quo ruis. Tempus non eget tali auxilio, nec defensoribus istis; nec si ipse meus Hector nunc afforet. Tandem concede huc; haec ara tuebitur omnes, aut moriere simul. Sic effata ore, recepit longaevum ad sese, et locavit in sede sacra. Ecce autem Polites, unus natorum Priami elapsus de caede Pyrri per tela, per hostes fugit longis porticibus et saucius lustrat atria vacua. Pyrrhus ardens insequitur illum infesto vulnere, et jam jam tenet manu, et premit hasta. Ut tandem evasit ante oculos, et ora parentum concidit, et fudit vitam cum multo sanguine. Hic Priamus, quamquam jam tenetur in media morte non tamen abstinuit, nec pepercit voci, et irae, at exclamat: Dii pro scelere, pro talibus ausis (si caelo aliqua pietas est, quae curet talia) persolvant grates dignas, et reddant praemia debita tibi,

gerti queste armi? O dove tu corri? Questo tempo non esige un tale ajuto, nè sì fatti difensori; nè ci recherebbe alcun soccorso l' istesso mio figlio Ettore, se quì fosse presente. Quì finalmente ti ricovera; questo altare ci proteggerà tutti, o morrai insiem con noi. Così detto, pose a se vicino il vecchio, e lo adagiò nel sacro seggio. Quand' ecco Polite, uno de' figli di Priamo scampato dalle strage di Pirro, tra i dardi, tra nemici fugge per i lunghi portici, e va errando pe' vuoti atrii. Pirro infiammato dall'ira lo insegue con la micidiale spada, e già lo afferra con la mano, e lo ferisce con l'asta. Appena giunse avanti agli occhi, ed al cospetto de' genitori, cadde, e perdè la vita con molta copia di sangue. Quì Priamo, benchè gli sovrastasse la morte, tuttavia non si rattenne, nè frenò le parole e lo sdegno, ma grida: gli Dei, per la tua scelleragine, per tale attentato (se in cielo v' è qualche pietà, che prenda cura di tali cose) rendano la mercede condegna, ed il premio a te, che

Debita: qui nati coram me cernere lethum
Fecisti, et patrios foedasti funere vultus;
At non ille, satum quo te mentiris, Achilles
Talis in hoste fuit Priamo: sed jura, fidemque
Supplicis erubuit, corpusque exangue sepulcro
Reddidit Hectoreum, meque in mea regna remisit.
Sic fatus senior, telumque imbelle sine ictu
Conjecit, rauco quod protinus aere repulsum,
Et summo clypei nequicquam umbone pependit.
Cui Pyrrhus: Referes ergo haec et nuncius ibis
Pelidae genitori: illi mea tristia facta,
Degeneremque Neoptolemum narrare memento.
Nunc morere: haec dicens, altaria ad ipsa trementem
Traxit, et in multo lapsantem sanguine gnati,
Implicuitque comam laeva, dextraque coruscum
Extulit, ac lateri capulo tenus abdidit ensem.
Hic finis Priami fatorum: hic exitus illum

qui fecisti cernere coram me lethum nati, et funere foedasti patrios vultus. At ille Achilles, quo mentiris te satum non fuit talis in Priamo hoste; sed erubuit jura supplicis et fidem, et reddidit corpus Hectoreum exangue sepulcro, et remisit me in mea regna. Senior sic fatus est, et conjecit telum imbelle sine ictu; quod protinus aere repulsum est et nequicquam pependit summo umbone clypei. Cui Pyrrhus: ergo referes haec, et ibis nuncius Pelidae genitori; memento narrare illi mea tristia facta, et Neoptolemum degenerem. Nunc morere. Dicens haec, traxit trementem, et lapsantem in multo sanguine nati ad ipsa altaria, et implicuit comam laeva, et dextra extulit coruscum ensem, et abdidit lateri tenus capulo. Hic finis fatorum Priami:

mi facesti vedere con questi occhi la strage del figlio, e con la sua morte funestasti il volto del padre. Ma quell' Achille, onde mentisci di esser nato, non portossi così con Priamo suo nemico, ma rispettò i dritti, e la fede di un supplichevole, e rendè il corpo esangue di Ettore alla tomba, e mi rimandò nel mio regno. Così disse il vecchio, e lanciò il dardo imbelle senza far colpo, che subito fu respinto dal risonante acciajo, ne restò in verun modo confitto alla sommità dello scudo. A cui Pirro soggiunse: riporterai dunque queste cose, ed andrai messaggiero al mio genitore figlio di Peleo; sovvienti di narrargli i miei misfatti, e *dirgli* che Pirro degenera da suo padre. Intanto muori. Così dicendo il trasse tremante, e vacillante nel copioso sangue del figlio vicino all' altare stesso, e ravvolse la chioma alla sinistra, e con la destra sollevò la lucida spada, e gliela confisse nel fianco fino all' elsa. Tal fu la fine delle sventure di Priamo. Tal morte rapì per

Sorte tulit, Trojam incensam, et prolapsa videntem
Pergama, tot quondam populis, terrisque superbum
Regnatorem Asiae: jacet ingens littore truncus
Avulsumque humeris caput, et sine nomine corpus.
At me tum primum saevus circumstetit horror:
Obstupui: subiit cari genitoris imago,
Ut regem aequaevum crudeli vulnere vidi
Vitam exalantem: subiit deserta Creusa,
Et direpta domus, et parvi casus Juli.
Respicio, et quae sit me circum copia lustro.
Deseruere omnes defessi, et corpora saltu
Ad terram misere, aut ignibus aegra dedere.
Jamque adeo super unus eram, cum limina Vestae
Servantem, et tacitam secreta in sede latentem
Tyndarida aspicio: dant clara incendia lucem
Erranti, passimque oculos per cuncta ferenti.

. *hic exitus tulit sorte illum videntem incensam Trojam, et Pergama prolapsa quondam regnatorem Asiae superbum tot populis, et terris. Ingens truncus jacet littore, et caput avulsum humeris, et corpus sine nomine. At saevus horror tum primum circumstetit me; obstupui; imago chari genitoris subiit, ut vidi regem longevum exalantem vitam vulnere crudeli; Creusa deserta, et domus direpta, et casus parvi Juli subiit. Respicio, et lustro quae sit copia circum me. Omnes defessi deseruere, et misere corpora ad terram saltu, aut dedere aegra ignibus. Jamque adeo unus supereram cum aspicio Tyndarida servantem limina Vestae, et tacitam latentem in secreta sede: clara incendia dant lucem erranti, et passim ferenti oculos per cuncta.*

voler del destino colui, che vide arsa Troja, e Pergamo caduto, colui, dico, che fu una volta Regnator dell'Asia, superbo per tanti popoli, e per tante terre. Il grande tronco giace sul lido, ed il capo svelto dagli omeri, ed il corpo senza nome. Ma un orror crudele allora per la prima volta mi assalì; ne restai fuor di me; l'immagine del caro genitore presentossi alla mia mente, appena vidi quel vecchio Re esalar la vita per morte crudele. Creusa abbandonata, la casa esposta al saccheggio *del nemico*, ed il pericolo del piccolo Giulio affacciossi al mio pensiero. Guardo indietro, ed esamino quanta gente sia intorno a me. Tutti stanchi mi abbandonarono, o *dall'alto* si precipitaron sulla terra d'un salto, o feriti si lanciarono sulle fiamme. E già io solo era rimasto, quando veggo Elena figlia di Tindaro, che stavasi nel tempio di Vesta, e tacita nascondevasi in quel luogo solitario. Il vivo incendio mi somministra la luce mentre vo errando, e quà e là

Illa sibi infestos eversa ob Pergama Teucros,
Et poenas Danaum, et deserti conjugis iras
Permetuens, Trojae, et patriae communis Erinnys
Abdiderat sese, atque aris invisa sedebat.
Exarsere ignes animo: subit ira, cadentem
Ulcisci patriam, et sceleratas sumere poenas.
Scilicet haec Spartam incolumis, patriasque Mycenas
Aspiciet? partoque ibit regina triumpho?
Conjugiumque, domumque, patres, gnatosque videbit
Iliadum turba, et Phrygiis comitata ministris?
Occiderit ferro Priamus? Troja arserit igni?
Dardanium toties sudarit sanguine litus?
Non itae: namque et si nullum memorabile nomen
Foeminea in poena est, nec habet victoria laudem,
Extinxisse nefas tamen, et sumpsisse merentis
Laudabor poenas; animumque explesse juvabit

Illa Erinnys communis Trojae et patriae, permetuens Teucros infestos sibi ob Pergama eversa, et poenas Danaum, et iras conjugis deserti, abdiderat sese, atque invisa sedebat aris. Ignes exarsere animo; ira subit ulcisci patriam cadentem, et sumere poenas sceleratas. Scilicet haec incolumis aspiciet Spartam, et Mycenas patrias, et regina ibit parto triumpho? Et videbit conjugium, et domum, patres, et natos, comitata turba Iliadum, et ministris Phrygiis? Priamus occiderit ferro? Troja arserit igni? Litus Dardanium toties sudarit sanguine? Non ita: namque etsi nullum memorabile nomen est in poena feminea, nec victoria habet laudem, tamen laudabor extinxisse nefas, et sumpsisse poenas merentis,

volgo gli sguardi per tutto. Quella furia comune di Troja, e della patria, temendo i Trojani a se nemici per cagion d'Ilio distrutto, ed il castigo dalla parte de' Greci, e lo sdegno del marito abbandonato, si era nascosta, e non veduta sedeva presso l' altare. Il furor s' accese nel mio animo, l'ira mi sprona a vendicar la patria in rovina, e a farle pagar il fio delle sue scelleragini. Dunque costei sana, e salva vedrà Sparta, e Micene sua patria? E qual regina nè andrà superba pel riportato trionfo? E vedrà il marito, e la casa, e i genitori, e i figli accompagnata da una turba di Trojane, e da' servi di Frigia? Priamo dunque sarà caduto trafitto dal ferro? Troja sarà stata arsa dal fuoco? La spiaggia Trojana inondata tante volte dal sangue? Non sia così; perchè sebben nessun vanto degno di memoria vi sia nel punire una donna, nè il vincerla meriti lode, tuttavia verrò encomiato di aver tolta di mezzo una scellerata, e di averle fatto pagar le pene meritate, e sarà

Ultricis flammae, et cineres satiasse meorum.
Talia jactabam, et furiata mente ferebar:
Cum mihi se, non ante oculis tam clara, videndam
Obtulit; et pura per noctem in luce refulsit
Alma parens, confessa Deam, qualisque videri
Coelicolis, et quanta solet, dextraque prehensum
Continuit; roseoque haec insuper addidit ore.
Gnate, quid indomitas tantus dolor excitat iras?
Quid furis? aut quonam nostri tibi cura recessit?
Non prius aspicies, ubi fessum aetate parentem
Liqueris Anchisen? superet conjuxne Creusa,
Ascaniusque puer? quos omnes undique Grajae
Circum errant acies: et, ni mea cura resistat,
Jam flammae tulerint, inimicus et hauserit ensis.
Non tibi Tyndaridis facies invisa Lacaenae,

et juvabit explesse animum ultricis flammae, et satiasse cineres meorum. Jactabam talia, et ferebar mente furiata; cum alma parens confessa Deam obtulit se videndam mihi, ante non tam clara oculis, et refulsit per noctem in pura luce, et qualis, et quanta solet videri Coelicolis; et continuit prehensum dextra, et insuper addidit haec ore roseo: nate, quis tantus dolor excitat iras indomitas? Quid furis? aut quonam cura nostri, recessit tibi? Non prius aspicies ubi liqueris parentem Anchisen fessum aetate? An conjux Creusa, et puer Ascanius superet, circum quos undique omnes Grajae acies errant, et ni mea cura resistat, jam flammae tulerint, et inimicus ensis hauserit. Non facies invisa tibi Lacaenae Tyndaridis,

dolce aver soddisfatto l'infiammato desio di vendetta, e di aver placato l'ombre de' miei. Così andava io dicendo, ed era trasportato dal furore, quando l' alma genitrice, manifestandosi per una Dea si offerse alla mia vista, prima non mai sì chiaramente osservata dagli occhi miei, e brillò nella notte di pura luce, e quale e quanta suol mirarsi dai celesti, e mi trattenne presomi per la destra, e profferì questi detti con le rosee sue labbra: figlio qual dolor sì intenso risveglia l' indomabile sdegno? Perchè ti trasporta il furore, o dove il pensiero delle cose nostre si è da te dileguato? Prima non andrai a vedere dov'hai lasciato il genitore Anchise cadente per l' età? Se la consorte Creusa, ed il fanciullo Ascanio sopravvivono, intorno a' quali per ogni banda tutte le schiere Greche vanno errando, e se il pensiero, che me ne dò, non apponesse loro un argine, già le fiamme li avrebbero divorati, e la nemica spada distrutti. Non l' aspetto da te abborrito di Ele-

Culpatusve Paris, verum inclementia Divum
Has evertit opes, sternitque a culmine Trojam.
Aspice (namque omnem, quae nunc obducta tuenti
Mortales hebetat visus tibi, et humida circum
Caligat, nubem eripiam: tu nequa parentis
Jussa time, neu praeceptis parere recusa)
Hic, ubi disjectas moles, avulsaque saxis
Saxa vides, mixtoque undantem pulvere fumum
Neptunus muros, magnoque emota tridenti
Fundamenta quatit, totamque a sedibus urbem
Eruit: hic Juno Scaeas saevissima portas
Prima tenet, sociumque furens a navibus agmen
Ferro accincta vocat.
Jam summas arces Tritonia (respice) Pallas.
Insedit, nimbo effulgens, et Gorgone saeva.
Ipse Pater Danais animos, viresque secundas
Sufficit: ipse Deos in Dardana suscitat arma.

vel Paris culpatus; verum inclementia Divum evertit has opes, et sternit Trojam a culmine. Aspice, namque eripiam omnem nubem, quae nunc obducta hebetat mortales sensus tibi, et humida caligat circum; tu ne time aliqua jussa parentis, neu recusa parere praeceptis. Hic, ubi vides disjectas moles, et saxa avulsa saxis, et fumum undantem pulvere mixto, Neptunus quatit muros, et fundamenta emota magno Tridenti, et eruit totam urbem a sedibus. Hic Juno saevissima prima tenet portas scaeas, et accincta ferro, furens vocat agmen socium a navibus. Jam respice; Tritonia Pallas insedit summas arces, effulgens nimbo, et Gorgone saeva. Ipse pater sufficit Danais animos, et vires secundas; ipse, suscitat Deos in arma Dardania.

na Spartana, o Paride incolpatone, ma la crudeltà degli Dei abbatte questa potenza, e rovescia Troja dal *suo* colmo. Osserva, poichè allontanerò ogni nube, che ora distesa appanna i mortali tuoi sensi, e pregna di vapori, ti si addensa intorno; tu non temere alcun comando di me tua madre, e non negar di ubbidire a' miei precetti. Quì dove scorgi le abbattute moli, ed i sassi svelti da' sassi, ed il fumo ondeggiante tra mista polvere, Nettuno scuote le mura, e le fondamenta smosse col gran Tridente, ed abbatte tutta la città dalle radici. Quì la fierissima Giunone occupa prima d'ogni altro la porta Scea, e coperta di ferro, da furiosa invita le schiere amiche dalle navi. Or guarda bene. La Tritonia Pallade siede sulla sommità della rocca, risplendente per un cerchio di luce *sul capo*, ed *armata* dell' Egida orrenda. L'istesso padre *degli Dei* ispira a'Greci il coraggio e la forza opportuna; egli stesso sprona gli Dei contro le armi Trojane. O fi-

Eripe, nate, fugam, finemque impone labori.
Nusquam abero, et tutum patrio te limine sistam.
Dixerat: et spissis noctis se condidit umbris.
Apparent dirae facies, inimicaque Trojae
Numina magna Deum.
Tum vero omne mihi visum considere in ignes
Ilium, et ex imo verti Neptunia Troja.
Ac veluti summis antiquam in montibus ornum;
Cum ferro accisam, crebrisque bipennibus instant
Eruere agricolae certatim, illa usque minatur,
Et tremefacta comam concusso vertice nutat:
Vulneribus donec paulatim evicta supremum
Congemuit, traxitque jugis avulsa ruinam.
Descendo, ac ducente Deo flammam inter, et hostes
Expedior: dant tela locum, flammaeque recedunt.
Ast ubi jam patriae perventum ad limina sedis,
Antiquasque domos, genitor, quem tollere in altos
Optabam primum montes, primumque petebam,

Nate, eripe fugam, et impone finem labori. Nusquam abero, et sistam te tutum in patrio limine. Dixerat, et condidit se umbris spessis noctis. Dirae facies, et magna numina inimica Trojae apparent. Tum vero omne Ilium mihi visum considere in igne, et Neptunia Troja verti ex imo. Ac veluti cum Agricolae in summis montibus instant certatim eruere ornum antiquam accisam ferro, et crebris bipennibus, illa usque minatur, et tremefacta comam, concusso vertice nutat, donec paulatim evicta vulneribus, congemuit supremum et avulsa jugis, traxit ruinam. Discedo, ac ducente Deo expedior inter flammam, et hostes, tela dant locum, et flammae recedunt. Ast ubi jam perventum ad limina patriae sedis, et antiquas domos, genitor, quem primum optabam tollere in altos montes,

glio, sottraiti colla fuga, e metti fine a' travagli. In nessun luogo ti mancherò, e ti porrò sicuro nella casa paterna. Disse, e celossi tra le ombre dense della notte. Si veggono orribili forme, ed i grandi Numi nemici di Troja. Allora poi a me sembrò, che Ilio intiero sprofondasse nel fuoco, e che Troja fabbricata da Nettuno rovinasse dalle fondamenta. E come quando i contadini negli alti monti si sforzano a gara di abbattere un orno antico inciso da' frequenti colpi di ferree accette; Esso per lungo tempo minaccia rovina, e tremandogli la chioma, vacilla, finchè a poco a poco vinto dalle percosse, diede l'ultimo crollo, e distaccato dalla montagna, giù cadde precipitoso. Di là ne scendo, e guidandomi il nume, mi libero dalle fiamme, e da' nemici; le armi mi aprono il varco, e le fiamme si ritirano. Ma appena si giunse alle soglie della paterna abitazione, ed all'antica casa, il genitore, cui prima d'ogni altro io bramava trasportare sugli alti

Abnegat excisa vitam producere Troja ,
Exiliumque pati : vos , o quibus integer aevi
Sanguis , ait , solidaeque suo stant robore vires ,
Vos agitate fugam .
Me si coelicolae voluissent ducere vitam,
Has mihi servassent sedes ; satis una , superque
Vidimus excidia , et captae superavimus urbi.
Sic , o , sic positum affati discedite corpus .
Ipse manu mortem inveniam : miserebitur hostis .
Exuviasque petet . FACILIS , jactura sepulchri est .
Jampridem invisus divis ; et inutilis annos
Demoror, ex quo me Divum pater, atque hominum rex
Fulminis afflavit ventis , et contigit igni .
Talia perstabat memorans , fixusque manebat .
Nos contra effusi lacrymis , conjuxque Creusa ,
Ascaniusque , omnisque domus : ne vertere secum

et primum petebam , abnegat producere vitam et pati exilium excisa Troja . O vos ait quibus sanguis integer aevi , et solidae vires stant suo robore , vos agitate fugam . Si coelicolae voluissent me ducere vitam , mihi servassent has sedes ; satis superque vidimus una excidia , et superavimus urbi captae . Oh! discedite , sic affati corpus sic positum . Ipse inveniam mortem manu ; hostis miserebitur , et petet exuvias . Facilis est jactura sepulchri . Jampridem invisus divis , et inutilis demoror annos , ex quo pater divum , atque rex hominum afflavit ventis fulminis , et contigit igni . Memorans talia perstabat , et fixus manebat . Nos contra et conjux Creusa , et Ascanius , et omnis domus effusi lacrymis ,

monti, ed era il mio primo pensiero, ricusa di protrar la vita, e di soffrir l' esilio dopo la rovina di Troja. O voi, dice, in cui il sangue per la fresca età è fervido, e le forze intatte rimangono nella loro robustezza, voi pensate a fuggire. Se gli Deì avessero voluto, che prolungassi la vita, mi avrebbero serbato questa sede. È anche troppo l'aver io veduto questo solo eccidio, ed aver sopravissuto alla città espugnata. Deh partite, così dando l'estremó addio al mio corpo a tali estremi ridotto. Io stesso troverò la morte colle proprie mie mani; o il nemico ne avrà compassione *uccidendomi*, e prenderà le mie spoglie. È una leggiera perdita quella della tomba. Da lungo tempo in odio agli Dei passo gli anni d' inutil peso, dacchè il padre degli Dei, ed il re degli uomini mi lambì coll' aura del fulmine, e mi toccò col fuoco. Così dicendo persisteva, e restava immobile. Io all' opposto, e la moglie Creusa, ed Ascanio, e tutta la casa struggendoci in lacrime,

Cuncta pater, fatoque urgenti incumbere vellet.
Abnegat, inceptoque, et sedibus haeret in iisdem.
Rursus in arma feror, mortemque miserrimus opto.
Nam quod consilium, aut quae jam fortuna dabatur?
Mene efferre pedem, genitor, te posse relicto
Sperasti? tantumque nefas patrio excidit ore.
Si nihil ex tanta Superis placet urbe relinqui,
Et sedet hoc animo, perituraeque addere Trojae,
Teque, tuosque juvat: patet isti janua letho:
Jamque aderit multo Priami de sanguine Pyrrhus
Natum ante ora patris, pátrem qui obtruncat ad aras.
Hoc erat, alma parens, quod me per tela, per ignes
Eripis? ut mediis hostem in penetralibus, utque
Ascaniumque, patremque meum, juxtaque Creusam
Alterum in alterius mactatos sanguine cernam?

orabamus ne pater vellet vertere cuncta secum, et incumbere fato urgenti; abnegat, et haeret in incepto, et sedibus iisdem. Rursus feror in arma, et miserrimus opto mortem. Nam quod consilium, aut quae fortuna jam dabatur? Genitor, an sperasti me efferre pedem, te relicto, et tantum nefas excidit ore patrio? Si superis placet nihil relinqui ex tanta urbe, et hoc sedet animo, et juvat addere te, et tuos Trojae periturae, janua patet isti letho; et jam Pyrrhus aderit de multo sanguine Priami, qui obtruncat natum ante ora patris, qui obtruncat patrem ante aras. Alma parens hoc erat quod eripis me per tela, per ignes? ut cernam hostes in mediis penetralibus, et ut cernam Ascanium, et patrem meum, et juxta Creusam mactatos alterum in sanguine alterius?

pregavamo che il padre non volesse rovinar tutto con se stesso, e soccombere al fato imminente; egli si ostina, e sta fisso nel suo disegno, e nel luogo medesimo. Di nuovo sono spinto fra l' armi, e bramo una morte la più infelice. Imperciocchè qual risoluzione mi restava, o qual' altra sorte? O padre, sperasti forse che io quindi traessi fuori il piede, o così reo pensiero uscì dalla bocca paterna? Se piace agli Dei nulla lasciare di sì gran città, e ciò è fisso nel loro volere, e se ti aggrada di aggiunger te stesso ed i tuoi alla rovina di Troja, la strada è aperta a cotesta morte; e ormai verrà Pirro lordo del molto sangue di Priamo, che uccide il figlio innanzi agli occhi del padre, che trucida il padre innanzi agli altari. O alma genitrice, è dunque questo il motivo, onde mi sottrai dall' armi, e dal fuoco, acciò vegga i nemici nell' interne mie stanze, e miri Ascanio, ed il padre mio, e vicino ad essi Creusa uccisi, *e immersi* l'uno nel sangue del-

Arma, viri, ferte arma: vocat lux ultima victos,
Reddite me Danais, sinite instaurata revisam
Praelia: numquam omnes hodie moriemur inulti.
Hic ferro accingor rursus, clypeoque sinistram
Insertabam aptans, meque extra tecta ferebam.
Ecce autem complexa pedes in limine conjux
Haerebat, parvumque patri tendebat Julum:
Si periturus abis, et nos rape in omnia tecum:
Sin aliquam expertus sumptis spem ponis in armis
Hanc primum tutare domum: cui parvus Julus,
Cui pater, et conjux quondam tua dicta relinquor?
Talia vociferans, gemitu tectum omne replebat.
Cum subitum, dictuque oritur mirabile monstrum.
Namque manus inter, moestorumque ora parentum
Ecce levis summo de vertice visus Juli
Fundere lumen apex, tactuque innoxia molli

Viri, arma ferte arma; lux ultima vocat victos; reddite me Danais; sinite revisam praelia instaurata. Numquam omnes hodie moriemur inulti. Hic rursus accingor ferro, et aptans insertabam sinistram clypeo, et ferebam me extra tecta. Ecce autem conjux complexa pedes haerebat in limine, et tendebat parvum Julum patri. Si abis periturus rape et nos tecum in omnia. Si expertus, ponis aliquam spem in armis, tutare primum hanc domum; cui parvus Julus, cui pater, et ego quondam dicta tua conjux, relinquor. Vociferans talia, replebat omne tectum gemitu, cum monstrum subitum, et mirabile dictu, oritur. Namque inter manus, et ora maestorum parentum, ecce levis apex visum est fundere lumen

l' altro. O compagni a me le armi, recatemi le armi; il giorno estremo chiama a se i vinti; restituitemi a' Greci, permettete ch' io torni a vedere la zuffa rinnovata. Non avverrà che tutti noi in quest'oggi mojamo invendicati. Quì di nuovo mi cuopro dell' armi, ed acconciamente adattava alla sinistra lo scudo, e mi recava fuori della casa. Quand' ecco che la consorte abbracciando i miei piedi, si era posta sulla soglia, e presentava Giulo al padre. Se di quà ti allontani certo di perire, conduci anche noi teco a qualunque vicenda. Se ammaestrato dall' esperienza, riponi qualche speranza nell' armi, difendi prima questa casa. In mano di chi mai il piccolo Giulo, il padre Anchise, ed io una volta detta tua moglie, veniamo abbandonati? Così esclamando, riempiva tutta la casa di gemiti, quando un prodigio improvviso, e maraviglioso a dirsi, si presenta *a' nostri sguardi*. Imperciocchè mentre egli era tra gli abbracciamenti, e baci degli afflitti genitori, ecco una lieve fiammella fu

Lambere flamma comas, et circum tempora pasci.
Nos pavidi trepidare metu, crinemque flagrantem
Excutere; et sanctos restinguere fontibus ignes.
At pater Anchises oculos ad sydera laetus
Extulit, et caelo palmas cum voce tetendit:
Jupiter omnipotens, precibus si flecteris ullis,
Aspice nos; hoc tantum: et, si pietate meremur,
Da deinde auxilium, pater, atque haec omina firma.
Vix ea fatus erat senior, subitoque fragore
Intonuit laevum, et de coelo lapsa per umbras
Stella facem ducens multa cum luce cucurrit.
Illam, summa super labentem culmina tecti,
Cernimus Idaea claram se condere sylva,
Signantemque vias: tum longo limite sulcus
Dat lucem, et late circum loca sulphure fumant.

de summo vertice, Juli et flamma innoxia lambere comas tactu molli, et pasci circum tempora: Nos pavidi coepimus trepidare metu, et excutere crinem flagrantem, et restinguere fontibus ignes sacros. At pater Anchises laetus extulit oculos ad sydera, et tetendit palmas cum voce coelo. Jupiter omnipotens, si flecteris precibus ullis, aspice nos; hoc tantum; et si pietate meremur, deinde Pater, da auxilium, et firma haec omina. Vix senior fatus erat ea, et subito fragore laevum intonuit, et stella lapsa de coelo per umbras, ducens facem, cucurrit cum multa luce. Cernimus illam labentem super summa culmina tecti, condere se claram sylva Idaea, et signantem vias; tum longo limite sulcus dat lucem, et loca fumant circum late sulphure.

vista tramandar luce sull'alta sommità del capo di Giulo ; e l'innocente fuoco lambirgli le chiome con leggiero tocco , e raggirarsegli intorno alle tempia. Noi atterriti , cominciammo a tremar di spavento , a scuotere il crine , che ardeva , e ad estinguere il sacro fuoco con le acque . Ma il padre Anchise lieto alzò gli occhi alle stelle e rivolse le palme , e gli sguardi al cielo . Giove onnipotente, se ti muovi ad alcuna preghiera , volgi a noi lo sguardo ; di ciò solamente ti preghiamo , e se ne siamo meritevoli per la pietà, quindi , o padre , porgici ajuto , e conferma questi augurii. Appena aveva ciò detto il vecchio, che a sinistra tonò , ed una stella caduta dal cielo tra le tenebre, traendo seco una fiamma , corse con molta luce . La veggiamo strisciar *lievemente* sull'alta cima del tetto , andarsi con gran chiarezza a nascondersi nella selva del monte Ida e segnarci la strada ; allora il sentiero da lei indicato , per lungo tratto risplende , ed i

Hic vero victus genitor se tollit ad auras,
Affaturque Deos, et sanctum sidus adorat.
Jam jam nulla mora est: sequor, et qua ducitis, adsum
Dii patrii servate domum, servate nepotem
Vestrum hoc augurium, vestroque in numine Troja est.
Cedo equidem, nec nate tibi comes ire recuso.
Dixerat ille: et jam per moenia clarior ignis
Auditur, propiusque aestus incendia volvunt.
Ergo age, chare pater, cervici imponere nostrae:
Ipse subibo humeris, nec me labor iste gravabit.
Quo res cumque cadent, unum, et commune periclum,
Una salus ambobus erit: mihi parvus Iulus
Sit comes et longe servet vestigia conjux.
Vos famuli, quae dicam, animis advertite vestris.
Est urbe egressis tumulus, templumque vetustum

Hic vero genitor victus, tollit se ad auras, et affatur Deos, et adorat sidus sanctum. Jam jam nulla mora est; sequor, et adsum qua ducitis. Dii patrii servate domum, servate nepotem. Hoc augurium est vestrum, et Troja est in vestro numine; equidem cedo, nec nate recuso ire comes tibi. Ille dixerat, et jam per moenia ignis clarior auditur, et incendia propius volvunt aestus. Ergo age; care pater, imponere cervici nostrae; ipse subibo humeris, nec labor iste gravabit me. Quocumque res cadet, periculum erit unum et comune, una salus ambobus; mihi parvus Julus sit comes, et conjux longe servet vestigia. Vos, famuli, advertite quae dicam vestris animis. Tumulus est egressis urbae, et templum vetustum

luoghi fumano intorno ampiamente di solfo. Qui poi il genitore convinto, si alza e parla agli Dei, ed adora quel sagro lume. Ormai non v'è per me ritardo alcuno, vi sieguo, e vengo dove mi conducete! O Dei patrii, conservatemi la famiglia, conservatemi il nepote. Questo augurio è vostro, e Troja è in vostro potere; certamente io mi arrendo nè ricuso venir teco, o figlio per compagno. Quegli avea così detto, e già per le mura si ode più chiaro lo scoppiar del fuoco, e l'incendio spinge più vicino la vampa. Dunque, su via, caro padre, adagiati sul nostro collo; io sottoporrò le mie spalle, nè cotesta fatica mi sarà grave. Dovunque le cose vadano a finire, il pericolo sarà un solo e comune, indivisa sarà la salvezza di amendue; a me il piccolo Giulo sia compagno, e la moglie Creusa da lunge venga sulle mie orme. Voi, o servi, riflettete a ciò ch'io dico, ne' vostri animi. Un colle si para in faccia a chi esce dalla città, ed un tempio ab-

Desertae Cereris, juxtaque antiqua cupressus,
Religione patrum multos servata per annos;
Hanc ex diverso sedem veniemus in unam.
Tu, genitor, cape sacra manu, patriosque Penates
Me, bello e tanto digressum, et caede recenti
Attrectare nefas, donec me flumine vivo
Abluero.
Haec fatus, latos humeros, subjectaque colla
Veste super, fulvique insternor pelle leonis,
Succedoque oneri: dextrae se parvus Julus
Implicuit, sequiturque patrem non passibus aequis.
Pone subit conjux: ferimur per opaca locorum:
Et me, quem dudum non ulla injecta movebant
Tela, neque adverso glomerati ex agmine Graji,
Nunc omnes terrent aurae, sonus excitat omnis
Suspensum, et pariter comitique, onerique timentem.
Jamque propinquabam portis, omnemque videbar
Evasisse viam: subito cum creber ad aures

desertae Cereris, et juxta antiqua cupressus servata per multos annos religione patrum. Veniemus ex diverso in hanc unam sedem. Tu, genitor, cape sacra manu et patrios penates. Nefas est me digressum e tánto bello, et caede recenti attrectare, donec abluero me flumine vivo. Fatus haec, insternor super veste latos humeros, et subjecta colla pelle fulvi leonis, et succedo oneri. Parvus Julus implicuit se dextrae, et sequitur patrem passibus non aequis; pone conjux subit. Ferimur per opaca locorum, et tunc omnes aurae terrent, omnis sonus excitat suspensum me, et timentem pariter et comiti, et oneri, quem dudum non ulla injecta tela, non Graji glomerati ex agmine adverso, movebant. Et jam propinquabam portis, et videbar evasisse omnem viam,

bandonato di Cerere e presso vi è un antico cipresso conservato per molti anni dalla venerazione religiosa degli antenati. Ci recheremo da diverse parti in questo solo luogo. Tu o padre, prendi le cose sacre con le tue mani, ed i patrii penati. È illecito a me uscito da sì gran guerra, e dalla strage recente toccare sì fatte cose, finchè non mi laverò nell'acqua viva. Ciò detto adatto sopra le mie vesti alle ampie spalle, ed al sottoposto collo la bionda pelle d' un leone, e mi soggetto al peso. Il piccolo Giulo si attiene alla mia destra, e siegue me suo padre con passo inuguale; dopo di me viene la moglie; ci rechiamo per luoghi tenebrosi, ed allora ogni aura atterrisce, ogni strepito tiene me sospeso, ed in timore ad un tempo, e per lo compagno, e per l'incarco, *me*, *dico*, cui poc'anzi nessun dardo lanciato, nè i greci schierati in faccia, incutevano spavento. E già mi avvicinava alle porte, e mi sembrava aver compito tutto il cammino, quando un frequente

Visus adesse pedum sonitus, genitorque per umbram
Prospiciens, Nate, exclamat, fuge nate, propinquant:
Ardentes clypeos, atque aera micantia cerno.
Hic mihi nescio, quod trepido male numen amicum
Confusam eripuit mentem: namque avia cursu
Dum sequor, et nota excedo regione viarum,
Heu misero conjux fatone erepta Creusa
Substitit; erravitne via, seu lassa resedit,
Incertum, nec post oculis est reddita nostris.
Nec prius amissam respexi; animumque reflexi,
Quam tumulum antiquae Cereris, sedemque sacratam
Venimus: hic demum, collectis omnibus, una
Defuit; et comites, natumque, virumque fefellit.
Quem non incusavi amens hominumque Deorumque?
Aut quid in eversa vidi crudelius urbe?
Ascanium, Anchisenque patrem, Teucrosque Penates

cum creber sonitus pedum visus adesse ad aures, et genitor respiciens per umbram, exclamat: nate, fuge nate propinquant; cerno clypeos, atque aera micantia; Hic nescio quod numen male amicum eripuit mentem confusam; namque dum sequor avia cursu et excedo nota regione viarum, heu conjux erepta est misero; incertum an fato, an substitit, an erravit via, seu lassa resedit, nec post est reddita oculis nostris; nec prius respexi amissam, et reflexi animum, quam venimus ad tumulum antiquae Cereris, et sedem sacratam; hic demum, collectis omnibus, una defuit, et fefellit comites, et natum, et virum. Amens, quem et hominum, et Deorum non incusavi, aut quid crudelius vidi in urbe eversa? Commendo sociis Ascanium, et patrem Anchisem, et Teucros penates

calpestio sembrò giungermi all' orecchio, ed il padre spingendo il guardo fra l' ombre, o figlio esclama: fuggi o figlio si avvicinano; scuopro gli scudi, e le armi risplendenti. Quì non so qual nume avverso mi confuse la mente; imperocchè, mentre correndo mi introduco per luoghi fuori di strada ed abbandono i noti sentieri, fu tolta la moglie a me infelice; è incerto, se per morte, o s'ella soffermossi, se smarrì il cammino, o se stanca si pose a sedere, nè poi più si offrì agli occhi nostri, nè mi rivolsi a veder se perduta si fosse, nè a ciò mi cadde il pensiero, prima che giunti fossimo al colle dell'antica Cerere, ed al sacro tempio. Quì finalmente raccoltici, ella sola mancò, e tradì le speranze de' compagni, del figlio, e del marito. Io fuori di me medesimo, quale degli uomini, è degli Dei non accusai, o che di più spietato vidi nella città abbattuta? Raccomando a' compagni Ascanio, ed il padre Anchise, ed i Trojani penati, e li occulto in una cu-

Commendo sociis, et curva valle recondo.
Ipse urbem repeto, et cingor fulgentibus armis.
Stat casus renovare omnes, omnemque reverti
Per Trojam, et rursus caput objectare periclis.
Principio muros, obscuraque limina portae,
Qua gressum extuleram, repeto, et vestigia retro
Observata sequor per noctem, et lumine lustro:
Horror ubique animos, simul ipsa silentia terrent.
Inde domum, si forte pedem, si forte tulisset,
Me refero: irruerant Danai, et tectum omne tenebant.
Ilicet ignis edax summa ad fastigia vento
Volvitur, exuperant flammae: furit aestus ad auras,
Procedo ad Priami sedes, arcemque reviso,
Et jam porticibus vacuis Junonis asylo,
Custodes lecti Phoenix, et dirus Ulysses
Praedam asservabant: huc undique Troja gaza

et recondo in recurva valle. Ipse repeto urbem, et cingor fulgentibus armis. Stat renovare casus omnes, et reverti per omnem Trojam, et rursus objectare caput periclis. Principio repeto muros, et limina obscura portae, qua extuleram gressum; et retro sequor vestigia observata in tenebris, et lustro lumine. Ubique horror, simul ipsa silentia terrent animos; inde refero me domum, si forte tulisset pedem. Danai irruerant, et tenebant omne tectum. Ilicet ignis edax volvitur vento ad fastigia summa; flammae exuperant, aestus furit ad auras. Procedo ad sedes Priami, et reviso arcem. Et jam porticibus vacuis, asylo Junonis, Phaenix, et dirus Ulisses custodes lecti asservabant praedam; huc gaza Troja

pa valle. Ritorno nella città, e mi vesto delle fulgide armi. Mi sta fisso in capo di espormi di nuovo a tutte le vicende e ritornar per tutta Troja, e di arrischiare un'altra volta la vita in mezzo a' pericoli. In primo luogo ritorno alle mura, ed all' oscura soglia della porta, donde aveva io tratto fuori il piede, e ricalco le tracce già impresse nelle tenebre, e le esamino con lo sguardo. Dovunque l'orrore, ed insieme l' istesso silenzio spaventano il mio animo; quindi mi reco alla propria mia casa, se per sorte *Creusa* avesse ivi rivolto il piede. I greci vi si eran cacciati dentro e l' occupavano tutta. In quel punto il fuoco distruttore si spinge per l' impeto del vento alle cime più elevate. Le fiamme *di già la* superano; La vampa infuria nell' aria. Mi avanzo al palazzo di Priamo, e riveggo la rocca. E già ne' deserti portici del tempio di Giunone, Fenice, ed il crudele Ulisse custodi a ciò scelti custodivano la preda. Quì vi sono tutte le ricchezze Trojane

Incensis erepta adytis, mensaeque Deorum,
Crateresque auro solidi, captivaque vestis
Congeritur: pueri, et pavidae longo ordine matres
Stant circum.
Ausus quin etiam voces jactare per umbram,
Implevi clamore vias, moestusque Creusam
Nequicquam ingeminans; [illegible] iterumque vocavi.
Quaerenti, et tectis urbis sine fine furenti,
Infelix simulacrum, atque ipsius umbra Creusae
Visa mihi ante oculos, et nota major imago.
Obstupui, steteruntque comae, et vox faucibus haesit.
Tum sic affari, et curas his demere dictis:
Quid tantum insano juvat indulgere labori,
O dulcis conjux? non haec sine numine Divum
Eveniunt: nec te hinc comitem asportare Creusam
Fas: haud ille sinit superi regnator Olympi.

undique erepta adytis incensis, et mensae Deorum, et crateres solidi auro, et vestis captiva congeritur; pueri, et pavidae matres stant circum longo ordine. Quin etiam ausus jactare voces per umbram, implevi vias clamore, et moestus nequicquam ingeminans Creusam, et iterum, et iterum vocavi. Infelix simulacrum, atque umbra ipsius Creusae, et imago major nota visa est ante oculos mihi quaerenti, et furenti sine fine tectis urbis. Obstupui, et comae steterunt, et vox haesit faucibus. Tum sic affari, et demere curas his dictis: Dulcis conjux, quid tantum juvat indulgere labori insano? Haec non eveniunt sine numine divum; nec fas te hinc exportare comitem Creusam; ille regnator superi Olympi haud sinit.

dovunque tolte dai sacrarii incendiati, e le mense degli Dei, e le tazze massicce d'oro, e le vesti rapite vi si adunano; i fanciulli insiem colle timide madri stanno intorno in lungo ordine. Che anzi ardito avendo di alzar le voci fra le tenebre, riempii le strade di grida lamentevoli, e mesto invano ripetendo Creusa, e due e tre volte la chiamai. L'infelice simulacro e l' ombra della stessa Creusa, e l'immagine maggiore della già nota, apparve innanzi agli occhi a me che ne cercava, e scorreva da furioso senza mai riposarmi per le case della città. Restai fuori di me, e le chiome mi si drizzarono, e la voce arrestossi su le mie labbia. Allora in tal guisa cominciò a favellarmi, e ad allegerire il mio affanno con queste voci: o caro consorte, che giova il darsi tanto in braccio ad un folle dolore? Queste cose non avvengono senza il volere de' Numi, nè a te è permesso di quindi condurre per tua compagna Creusa; quel regnatore del superno Olimpo non lo permette.

Longa tibi exilia, et vastum maris aequor arandum.
Ad terram Hesperiam venies, ubi Lydius arva
Inter opima virum, leni fluit agmine Tybris.
Illic res letae, regnumque, et regia conjux
Parta tibi, lacrymas dilectae pelle Creusae.
Non ego Myrmidonum sedes, Dolopumvè superbas
Aspiciam, aut Graiis servitum matribus ibo,
Dardanis, et divae Veneris nurus.
Sed me magna Deum genitrix his detinet oris.
Jamque vale, et gnati serva communis amorem.
Haec ubi dicta dedit, lacrymantem, et multa volentem
Dicere, deseruit, tenuesque recessit in auras.
Ter conatus ibi collo dare brachia circum;
Ter frustra comprensa manus effugit imago,
Par levibus ventis, volucrique simillima somno.
Sic demum socios consumpta nocte reviso.

Longa exilia tibi; et vastum aequor maris arandum. Venies ad terram Hesperiam; ubi Lydius Tybris leni agmine fluit inter arva opima virum. Illic res letae, et regnum, et regia conjux parta tibi. Pelle lacrymas dilectae Creusae. Ego non aspiciam sedes superbas Myrmidonum, et Dolopum, aut ibo servitum Grajis matribus, Dardanis, et nurus Divae Veneris. Sed magna genitrix Deum detinet me his oris; jamque vale, et serva amorem nati communis. Ubi dedit haec dicta, deseruit me lacrimantem, et volentem dicere multa, et recessit in auras tenues. Ibi ter conatus sum dare brachia circum collo; ter imago frustra comprensa, effugit manus, par levibus ventis, et simillima somno volucri. Sic demum reviso socios, nocte consumpta.

